

Johann Sibrand Johann Schröder

Viduvium

Rostochi[i]: Praelo Weplingiano, [1683]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741217953>


Druck Freier  Zugang



RU. jur 1683

Johannes-Silbrand, Mus. /c

Johann Schröder, Resp.



1578m stand

24
Q. D. B. V.

VIDUVIUM

Divino auxiliante numine

Consentiente *Amplissima Facultate Juridica*

PRÆSIDE

VIRO

NOBILISSIMO AMPLISSIMO

Atq; EXCELLENTISSIMO

DN.

JOANNE SIBRANDO

U. J. D. & Decretal. Prof. Publ.

DN. PRÆCEPTORE, FAUCTORE, ac HOSPITE

omni observantia cultu æternum venerando

Placidæ disquisitioni

submittit

JOHANN. Schröder.

Gustrov. Megap.

AUTOR.

In XRS TO MAJORI reparato

Ad diem XXVI. Maji, horis consuetis.



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS WEPLINGII,

Univerſ. Typogr.

Nunf Habichtshoch Post. literat. 7/2
8.405. 1683.

1687

V I R O G E N E R O S O
DN. JOHANNI
COTHMANNO,
Serenissimi Ducis Mecklenb.
Consiliario & Hæreditario
in Sinzenhagen.

DN. Patrono atq; Avunclo

*Omni honoris atq; observantia cultu,
atatem prosequendo.*

Hæc studiorum Academicorum
primitias

sacras cupio



AUTOR,



B. C. D.



Um ex legum Academicarum obser-
vantia, exercitii gratia, qvandam conscribere
dissertatiunculam animus esset, atq; in
qvanam potissimum ex tam multis sic satis
egregiis materiis, qvæ qvotidianæ & in com-
muni hominum vita frequentem habent uti-
litate, ingenium exercerem, sollicitus essem;
præ reliquis sese mihi, uti in jure nostro vo-
cantur, obtulere miserabiles ob fortunæ inju-
riam personæ, qvarum qvidem nomine cum multæ contineantur, uti

videre est apud *Menoch. de A. I. Q. L. 2. C. 1. cas. 76.* attamen cum præpri-
mis Imperator Constantinus, Viduas in *l. un. C. qv. imperat. inter pupill.*
sic vocitare amet, placuit ex his omnibus eligere viduitatis materiam,
& quantum ingenii mei vires, qvæ certe exiguæ, patiantur, de hac ejusve
juribus ac privilegiis, subsequentiis agere pagellis. Verèq; ita dictas
viduas inter miserabiles referri posse, nemo inficias ibit; qvis enim non
videt, qvomodo hæ omnium tempestatum procellas subire cogantur,
adeo ut nec incongruè Germanicum illud proverbium: *Wo der Zaun
am niedrigsten/will jedermann übersteigen/* de illis prædicari possit. Hinc
Deus ipse qvidem qvam maxime sibi commendatas habet, & ut ab om-
nibus offensionibus atqve injuriis defendantur, passim in Sacro Co-
dice serio præcipit: Verum quantum Deo commendatas, tantum ab
hominibus spretas atqve neglectas novimus, ut non minus præclare
qvam verè, miserum hunc viduarum statum vivis depinxerit coloribus.
Goëvarra in Horol. Princip. L. 3. c. 41. cujus hic adducere verba non
pigrabor. *Qvot, inquit, sunt qui moriente marito, viduam diligen-
ter invidunt; suam ipsi deferunt operam, cum ipsa complorant; sed
max pauci elapsis diebus, ubi vidua misera parvo eget patrocinio, ita
omnes subierfugiunt, ac si unqvam maritum noverint, aut cum ipsa*

A

608

commercii nihil unquam habuerint. Et certè adhuc hodie usitatam illam Romanorū consuetudinem, mortales potius imitari, quam ut insistant vestigijs gloriosissimi æq; ac laudatissimi Imperatoris Marci Aurelii, in epistola quadam consolatoria, apud Gvevar d.l. ad Laviniam in hæc erumpentis verba: *Dii me deserant, si te deseruero. Dii mei obliviscantur, si tui oblitus fuero; & quem admodum Claudinus mortuus ad extremum usq; halitum totus meus fuit, ita M. Aurelius quam diu vixerit, totus tuus erit, sit tibi potestas non secus ac si tuus essem mihi imperandi,* experientia docet. Quam ob rem, si nihil aliud, hoc tñ. sit viduis solatio, quod Deo sint cordi, & hic se earum profiteatur protectorem: de hoc sibi gratulentur, quod præ reliquis singularibus quibusda n sint beatæ juribus. de quibus igitur non quidem pro dignitate, sed pro ingenii mei modulo, breviter acturus, cum laudatissimo Imperatore nostro Justiniano huncce laborem à numine Divino exordior, illud ex intimis cordis fibris supplex adorans, velit huic meo incepto, ex altis benedicere, idq; in sui nominis gloriam dirigere.

I.



Tatim autem in frontispicio quidem hic explicandum foret, quid jus, quid viduitas; quod non minus verborum quam rerum habenda sit ratio: ast cum hujus vocis naturam sic satis dilucidè explicatam reddiderit Argentinensium Antecessor *Rebbahn. in hodoq. jur. ob. 2. cl. 1. paral. 1. §. 8.* superfedere facile hac opera poterimus. Viduæ autem in natales aliquantum enucleatius inquirentes, animadvertimus, varie has à Dd. & Grammat: traditi esse Gædd. *medull. lex. jur. sub hac voce.* Quidam viduam, quasi sine duitate dicitam volunt, à ve particula privativa, & duitate, cum enim matrimonium sit neq; plurium neq; pauciorum quam duorum, *l. 1. ff. de R.N. .i. l. de patr. potest.* ita ex horum sententia, quæ sine illa duitate vivit, vidua, dicitur. Alii ab antiquo verbo iduare, hoc est, lingua Hetrulca, dividere, *Vid. Macrob. Saturnal. l. 1. c. 15. pag. 227.* huius vocis originem trahunt. *Panorm. in c. ex tenore 9. de foro compet.* & u,

27

& uti idus appellatur dies dividens mentem, *Horat. L. 1. Od. 11.* ita etiam viduam solam eam mulierem denotare volunt, quæ morte à suo est divisa marito; quam quidem posteriorem sententiam, quatuor rationibus *Alciatus in comm. de V. S. ad l. 242 pag. 576.* adstruere nititur (1) quod prima in Vidua syllaba corripitur (2) quod argumentum ab etymologia tantum procedat negative. Vid. *Eberhard à Middelburg. top. loc. 4. n. 9.* (3) Quod §. 4. *I. de publ. judic.* per particulam disjunctivam, à virgine distinguat (4) autoritate *c. Vidua distincti: 34.* quibus addi poterit autoritas *Agellii. L. 5. c. 12. Not. Attic.* annotantis particulam ve, & augendæ & minuendæ rei valere; & *Isid. Hispal. Episc. Etymol. L. 9. c. 8.* quorum tamen argumentis respondent *Gadd. in com. de V. S. ad d. l. 242. §. 3. pag. 1234. Wilbel. Forner. pag. 619.* & communiter interpretes ad *d. l. Labeonis* sententiam fere comprobantes, quam & nos proiti nostram faciemus. Idem dicendum foret ex natura conjugatorum, de viduitatis voce, cum, ut facile videre est, illius eadem prorsus sit natura.

II. Sumitur autem vox viduitatis & viduæ (1) Latissime, pro omni ea quæ solitarie vivit, vel virum non habet. *Tab. thes. Loc. comm. l. 19. c. 17. ax. 2.* quo sensu virgo vidua dicitur *Apul. l. 4. metamorph. in f. ibi* Psyche virgo vidua domi residens, deslet deserta suam solitudinem & *Plaut. in Men. act. 1. sc. 2 v. 4.* faxo foris vidua visas patrem, uti explicat. *Parem in Lexic. Plaut. b. v. Vid. l. 242. ff. de V. S. Cz. l. 2. Resp. 19 n. 6. Pac. ad tit. C. qu. Imp. int. pupill. ut recte ei legetur, quoad vidua erit. l. 22. ff. de ann. legat. Donel. l. 8. c. 32. lit. K. ibiq. alleg. huic annumerari, sed improprie & metaphoricè, poterit Ecclesia, quæ quidem Episcopum sed inutilem habet, & ob id viduata dicitur. c. 2. §. sed neq. istud X. de Translat. Episc. ita apud Plautum in *Cistellar. v. 46 act. 1. sc. 1.* meretrix quando amatore caret Viduæ nomine venit ibi *nunquam ego hanc viduam cubare sivi* uti apud *Martial. 3. epigr. 48. platanus vidua* dicitur. de cuius vocis significat. *vid. Cass. Baribium advers. L. 47. c. 3. col. 2188. seq.* pari ratione viduitatis vocabulum accipitur pro omni privatione ap: *Plaut. in Rudent. act. 3. sc. 3. pr. ibi;* omnium copiarum atq; auxilii viduitas nos tenet. (2) late viduæ quoq; nomen dicitur de eâ (a) cuius vir adhuc in vivis, sed inutilis. *l. f. ibiq. Accurs. C. de Plagiari. Card. Tuscus. pract. concl. tom. 8. lit. V. concl. 100. n. 13. Gail. L. 1. O. 1. n. 45. Menoch. d. A. 7. Q. cas. 66 n. 9.* hinc *Plaut. in Milit. act. 4. sc. 1. Pyrg**

A 2

nupta

nupta ea est an vidua? *Pal.* & nupta & vidua; *Pyr.* qvo pacto potis
vidua & nupta eadem? *Pal.* qvia adolescens nupta est cum sene. *vid.*
Taubm. ad Plaut. Stichum, act. 1. sc. 1. v. 4. ubi plura recenset exempla;
non minus ac filius fam. cujus pater furiosus, censetur patrem non ha-
bere, qvonia est inutilis ad defendendum filium *l. 17. §. 11. ff. de injur.*
& manum habens aridam, non habere manum. *Marant. sing. & jur.*
notab. voce pena mutilationis. (B) Cujus maritùs capitis diminutio-
nem passus, v. g. bannitus, hic enim civiliter mortuus *l. 63. §. ult. pro Socio.*
vel ad triremes damnatus Gail. L. 1. O. 1. n. 44. Pac. anal. C. ad tit. qv.
imp. int. (Y) Cujus vir longe abest, exemplo est ap. *Ovid. Epist. 9. Hero-*
id. pag. 51. Dejanara, qvæ se viduam profitetur, qvonia nullas ex mari-
to Hercule sentiebat oblectationes, propter nimiam ipsius absentiam,

Vir mihi semper abest, & conjuge notior hospes-

Monstraqve terribiles persequiturqve feras.

Ipsa domo vidua votis operosa pudicis,

Torqueor infesto ne vir ab hoste cadat.

(3) Stricte & quidem proprie illa dicitur vidua, cujus vir mortuus est:
Didac. Covar. pract. quest. c. 7. n. 2. ibiq; alleg. Speidel. notab. jur. histor.
polit. voce. Wittwen Menoch. de A. J. Q. L. 2. c. 1. cas. 66. Cz. L. 2. Resp.
19. n. 8. in f. Beckm. in orig. lat. ling. verb. Idus pag. 543.

III. Num v. etiam sponsa, cujus sponsus ante benedictionem sacer-
dotali mortuus, veniat nomine Viduæ, ut ejus juribus ac privilegiis
gaudeat, ancipitis est quæstionis; affirmanda a. videtur ex eo, qvod non
tam in oculis Dei ejusmodi desponsati pro veris habeantur conjugibus
Deuter. 22. v. 24. & Matth. 1. v. 20. ubi Sponsa expresse vocatur uxor;
sed etiam de jure Civili, tam in favorabilibus. *l. 74. ff. de jur. Dot. l. 5.*
C. de bon. qvæ liber. qvam in odiosis & pœnalibus Brunm. exerc. just.
ult. Th. 2. l. 3. §. 4. ff. de parricid. Cz. p. 2. quest. 56. n. 7. seq. idem statua-
tur: sc. ob rationem in l. 30. ff. de R. I. & l. 15. ff. de Condiçt. & Demon-
strat. quibus adici poterit & jus Canon. c. 9. X. de Sponsal. c. 7. X. de
Conversat. conjug. Cum enim benedictio sacerdotalis sit saltem solen-
nitas quædam ecclesiastica, qvæ non ad esse matrimonii, sed ad bene-
esse tantùm facit D. Joh. Gerhard. tom. 7. loc. Theol. loc. de conjug. pag.
91. §. 47. & liberi qvoq; post sponsalia, ante benedictionem sacerdo-
tem nati, sint legitimi & patri succedant. Mev. p. 2. dec. 81. n. 2. Cz. p. 2.

consti:

3

confi: 14. def. 12, n. 3. merito sequetur, sponsam venire nomine viduæ,
& ejus gaudere privilegiis. Quod & in tantum obtinet quibusdam
in locis, ut etiam abs insignioribus quibusdam practicis ad statuatariam
portionem admitti velit. *Corbm. V. 2. Resp. 78. n. 148. seq. Card. Tu-*
ficus, pr. concl. 511 lit. S. n. 58. Wesenb. ad tit. de Sponsal. n. 7. Menoch. L. 4.
presf. 147. Gail. L. 2. O. 80. Imo relictam Sponsam, dotalitium posse
petere, tenet *Berlich. p. 3. concl. 25. n. 40.* De jure a. Saxon. non prius
antequam conscenderit thalamum. *Sandrecht. L. 1. art. 41. § L. 3. art. 45.*
Berlich. d. l. n. 28. indeq; nec illi portio statuataria, superstiti alias debita,
desertur. *Cz. p. 3. confi. 19. def. 1.* & cum ubiq; locorum non idem in
his talibus obtineat juris, mos & consuetudo loci attendenda veniunt.

IV. Viduà igitur in stricta significatione, uti quæ usitatissima,
nobisq; pro instituti ratione maxime inserviens, vocatur alias Conjux
superstes. *Authent. Præterea C. unde Vir & ux. Gallice Vefve, in lin-*
gua nostra vernacula, Eine übergelebte Ehefrau/eine Wittfrau/ eine
Wittwe/Saxon: Wedwe; cujus originationem ex hebraico idiomate de-
ducere vult. *Andr. Helwigius in orig. dict. germ. h. v. pag. 303.* & poterit
describi, quod sit persona foeminini sexus, quæ morte mariti à
vinculo conjugali soluta & sui juris facta. Similiter Viduitas in
strictiori significatu, alias abs *Sidonio L. 6. epist. 2.* Viduvium; glossæ Vi-
dubium, quæ de voce consulend; *Gerard. Joan. Vossio de vitiiis sermon. §*
glossæ. latin. barbar. L. 3. c. 55. pag. 638. qui barbaram agnoscit hanc vo-
cem, explicatq; per viduæ conditionem, dicitur abs aliis viduertas, quam
vocem ap. *Plaut. Rudent: act. 3. sc. 3. v. 2.* ex sententia Douzæ substituit
Pareus in sua Edit. & lex: Plaut: h. v. vid. Magiri Polymn. h. v. quam-
vis repugnante *Taubm. d. l.* Describiturq; in strictiori significatu, quod
sit status foeminæ à marito suo orbata, indeq; libera existens.

V. Genus in definitione, persona FÆMININI SEXUS, ut indigite-
tur differentia illa notissima, quæ ratione sexus in MASCULOS & FOEMI-
NAS dispescunt Db. Ubi quidem alii præter fas & æquum in innocen-
tem invehere siveverè sexum, uti constat ex dedicat. *M. Joan Gabriel*
Drechslers in Ευκλη-εὐκείατ. oppositam Annæ Mariæ à *Schürmans*
nec non *Jacques Olivier dans alphabet. de l' imperfection & malice*
des femmes. ex dict. Ecclesiast. 7. v. 29. quibus jure merito annumeramus
scriptorem anonymum, qui præterito seculo improbo calamo non

veritus est easdem proclamare, ac si homines non essent, scripto digniori
 Vulcano, quam refutatores, quem Valentinum Acidalium, in Silesia Doct.
 Medic. indigitat *Beckm. in Par. Polit. c. 6. §. 3. pag. 477.* qui inibi aliam pu-
 tat fuisse rationem ipsius scripti, non serio confecti, sed ad imitationem
 Socinianorum: quicquid autem horum sit, non erant in re seria blasphemè
 adducendæ Pandectæ Sacræ. Nec minùs abominanda sententia Wil-
 helmi Postelli, Regii Professoris Parisiensis, blasphemè flautentis Christū
 Salvatorem nostrum, solis masculis datum, aliumq; adhuc expectari,
 à quo fæminarum salus sit reparanda, uti ex *Thuano l. 74. circa f. ad
 annum 1581. p. 729.* refert. *Author comp. histor. Eccles. adornati in usum
 Gymnas. Gorbani L. 2. c. 5. sect. 2. §. 13.* ita quoq; mollienda duriuscula
 illa *Augustini* sententia, relata *in c. 13. caus. 33. quest. 5.* ubi disertè dicitur,
 mulierem non esse factam ad imaginem Dei, poteritq; referri inter
 errores juris Canon. Quod enim Cujacius Iprudentiæ nostræ Phænix.
L. 6. O. 21. eandem videatur fovere sententiam, lusum potius ingenii
 quàm animi sententiam prodere voluit, cum fœminam hominem esse
 concedat, sed à Jctis ita appellari neget *ob l. 38. ff. de Pænis ad quàm ta-
 men satis à Dd. Responsum vid. Moz. de contract. rubr. de Nuptiis n. 2.
 Eckholt. ad ff. de statu hom. §. 4.* Scurræ etiam isti anonymo satis pro-
 lixe Respondit D. *Goddecc.* alios ut taceam. Quid Aristoteli *L. 4. de
 generat. animal. c. 6. §. L. 2. c. 2.* quì inter monstra referre videtur, respon-
 dendum sit, passim ex authoribus liquet, vid. tamen *eund. L. 1. Polit. c. 5.*
 Magis forte quis mirari possit *Antonium Fabrum*, virum alioquin erudi-
 tissimum, in eam incidisse absurditatem, ut *in rational. suis ad l. 10. ff. de
 statu hom.* ponere veritus non sit, fœminam & masculum tota in se dif-
 ferre specie, cum necessum omnino foret, egregium istum Logicum,
 sunt verba subtilissimi *Bachovii*, *dist. tit. n. 2.* edere differentiam spe-
 cificam, quæ masculum à fœmina distinguat.

VI. Contra non desunt, qui tollunt omnem inter hos diffe-
 rentiam & vel præferendum sekviozem sexum statuunt, inter quos non
 facile reulerim *Agrippam à Nettesheim*, in dissertatiuncula, quæ ad-
 jecta est ejus scripto de Vanitate Scientiarum, uti qui hæc pro veris ven-
 ditare, nunquàm in animum induxerit suum; quiq; utrorumq; parem
 à natura haberi rationem, cum *Treuel. V. 1. D. 2. §. 1. lit. C.* asserant, quem
 tamen eapropter condignis excipit modis *Bachov: comm. in part. 1. ff.*

pag.

pag: 43. contrarium sex potissimum rationibus evincens; & ex ipsa creationis historia constat, Deum ab initio foeminam subjecisse viro: cuius rei plura ex sacris possint adduci loca. v.g. *Gen. III. v. 16. XXIV. v. 65. Rom. VII. v. 2. I. Corinth. XI. v. 9. & 10. I. Corinth. XIV. v. 34. I. Timoth. II. v. 12. ad Ephes. V. v. 22. ad Coloss. III. v. 18. I. Petri III. v. 1. & 6. Ita S. Hieronymus causi. 33. quest. 5. c. 15. & eod. can. 13. & can. 17. seq. expressis testatur verbis foeminam servire viro communi naturæ lege, inde *Bæcler; L. 1. c. 2. Inst. Polit. pag. 28. statuit*, Præstantiorem, maris naturam esse, ipsiq; imperium in uxorem omni jure datum, quamvis civile, non herile aut Tyrannicum, quod & ipsum agnoscere vult Aristotelem. *ad Ludov. Vives de offic. marit. cap. 3. p. 73. Georg. Vivienus de offic. proba matris. libr. 1. c. 9. pag. 15. Berneg. quest. in Tacit. 43. Arnise. polit. relect. c. 2. sect. 12. & proluxe de jure connub. c. 7. Valent. Albert. comp. I N. p. 2. c. 10. § 21.* Hanc quoq; subjectionem in statu integritatis locum fuisse habituram, & in eo saltem differre, quod tunc voluntaria & levis, ex *Hülsemanni Breviario c. 5. th. 2.* alios ne adducam, deducit *Sauerbrey in dissert. de foeminarum eruditione § 12. lit. X. Lipsia Præside Cl. Dn. Thomasio habita.* Verum de his omnibus sic latis proluxe & eruditè *Jacobus Ortoshausen*, qui videri poterit in *Illustri quodam Responsio juris. ubi certamen masculo foemineum instituit.* vid. præterea *Balthasar Conrad. Zabn. ignograph. munic. p. cap. 31.* ubi lepidam adjecit historiam ex *Joan. Barclay Satyr. part. 4. alias jcon animorum. dicto cap. 8. pag. 343.* de Joanne Jordano Moscoiticam ducente uxorem, amorem æstimantis ex verberum numero.*

VII. Sequentia definitionis verba, QUÆ MORTE MARITI À VINCULO CONJUGALI SOLUTA, induunt illam conjunctionem, qua alter alteri ita jungebatur, per matrimonium, ut teneretur inde perpetuo ad fidem conjugalem & cohabitationem, morte, quæ omnia solvit *Nov. 22. c. 20.* esse solutam, & mulierem à subjectione quam marito debebat *L. 14. § 1. solut. Matrim. liberatam.* Huc & respicere videtur locus *Pauli 1. Corinth. v. penult. Sc. f. caus. 31. q. v. 1.* Mors autem alia cum sit naturalis, alia Civilis, alia spiritualis; ad naturalem hic potissimum respicimus, quæ dissolutio animæ à corpore; nec quicquam moramur spirituales, quam voluit per monachismum declarare. *Nov. 22. c. 5. & 6.* Alias multis modis dirimi matrimonium constat ex jure Justin. *Nov. sc. 117. c. 8. §*

680.

9. l. 8. §. 2. C. de Repud. l. 10. C. eod. De divortio speciatim videndus *Selden. in uxore Hebraica. L. 3. c. 17. ad fusi. lib.* sed ex his hodiè duæ potissimum sunt receptæ, adulterium & malitiosa desertio. *Strauch. disert. justin. 2. aphor. 26. seq.*

VIII. Subjicitur denique, SUI JURIS FACTA, quod tamen non accipiendum de jure Civili Rom. cum ex hoc nuptias non fuisse modum dissolvendi patriam potestatem constet ex l. 7. §. 18. C. de Nupt. l. 12. C. de Collat. l. 29. ff. solut. matrim. *Mev. ad I. L. lib. 1. Tit. 4. art. 5. n. 13. Struv. S. J. U. exerc. 3. tb. 68. Lauterb. compend. J. C. de adopt. per l. 20. ff. ad L. Jul. de Adult.* Sed de moribus hodiernis, Per nuptias a liberis exire à patria potestate, patet ex *Besoldi thes. pract. voce freyett. Richter. p. 1. dec. 8. n. 73. Dn. Corbm. V. 4. cons. 48. n. 102. Brunm. ad l. 9. C. quod cum eo qui Sc.* hancque consuetudinem per totam Germaniam observari docet. *Philipp. in us. Pract. L. 1. Eccl. 74. Jus Saxonicum filias, quoniam celebratis nuptiis statim transeunt in curam mariti, & nemo in alterius cura l. tutela esse possit, qui in patria potestate, per §. 3. Inst. de Tutel. per nuptias eximit ex potestate hac, licet adibus & mensa patris adhuc fruantur Cz. p. 2. Ipr. F. Const. 10. def. 2. Berlich. p. 2. concl. II. n. 47. adeo ut nec soluto per mortem matrimonio in ejusdem recidant potestatem, sed juris sui maneant. Cz. d. def. 2. n. 6.*

IX. Definitionem commode excipit divisio, quæ (1) ratione status, Vidua alia NOBILIS, alia IGNOBILIS, Nobilis audit illa quæ (a) ex nobili genere & sanguine pronata, l. 1. C. d. Dignit. *Matth. Stephan. de nobil. Civ. c. 5. n. 48. vel (β) ratione virtutum talis, Arnold. de Reygerth. jur. voce Nobilitatis vel (γ) Plebeja quæ nupta est. nobili. l. 8. ff. de Senat. ibique Brunm. Mev. p. 6. dec. 37. n. 4. hæc non coruscant radiis maritalibus Nov. 105. c. 2. iidemque, quibus genere nobilis, fruatur privilegiis. l. 13. pr. C. de Dignitat. l. 22. ff. ad Municip. Cz. p. 3. const. 37. def. 2. Christina. dec. 103. n. 7. P. Fritz. de Nobil. concl. 17. lit. C. & in ipsa viduitate pro nobili habetur, & retinet privilegia nobilitatis. *Matth. Stephan. dict. loc. n. 57. l. ult. C. de incol. ibique Brunm. Ignobilis contra, quæ ex plebejo sanguine orta. l. quæ nobilis quidem est, sed ab ignobili l. plebejo in matrimonium ducta. Menoch. L. 3. pr. 12. n. 6. l. 13. in f. C. de Dignit. l. ult. ff. de Senat. ibique Brunm. Tiraguell. de Nobilit. c. 18. n. 19. hæc quoque plebejorum appellatione continetur Renat.**

3
22. Schoppin. de privil. Rustic. Lio. 2. c. 2. pag. 144. & adeo fit igno-
bilis, ut nec nobilitatem recuperare possit, nisi ipsi specialiter restituatur.
Anton. Faber. ad Cod. de Dignit. L. 19. tit. 28. def. 17. & 18. Herman. Vultei.
consil. Marpurg. V. 3. consil. 33. n. 168. Aliquando tamen poterit Vidua
quæ nupta fuerat viro in dignitate quadam constituto, si postea mino-
ris dignitatis cuidam nubat, prioris retinere dignitatem, si sc. a principe
hoc impetraverit, l. 12. ff. de Senat. & speciale quid in Reginis, Ducissis,
Comitissis aliisque mulieribus illustribus, quod ignobiles mariti earum,
nobiles efficiantur, radiisve uxorum coruscant, Perez. ad C. de Dignit.
n. 50. seq. annotat

X Ratione Conditionis, alia est LOCUPLES alia PAUPERCULA:
illa, quæ gaudet omnium rerum affluentia, & præter maritum nihil est
quod desideret. Romani eos pro divitibus habebant, quibus quadra-
ginta sextertiorum census, Patri aut Avo fuisset. Plin L. 33. natur
bistor. c. 3. verum hodie ex arbitrio iudicis iudicari divitem, tradit Me-
noch. de A. I. Q. L. 2. C. 1. cas. 65. n. 10. An a. dives fruatur privilegiis,
Viduis, ut miserabilibus personis concessis, non satis convenit inter
Dd. Anglus Arcinus tract. de malefic. pag. 336. n. 10. Marani. Spec. aur
p. 6. de inquisit. n. 33. & p. 4. distinct. 9. n. 195. Roland. à Valle. 2. conf. 20. n.
12. Mascard. de probat. concl. 1064. n. 3. Bartol. in d. l. un. alii in ne-
gativam inclinant sententiam, & ad pauperes Viduas privilegia tantum
pertinere volunt. Affirmativam tamen esse veriore, nos defendi-
mus cum Card. Tusco lit. M. concl. 273. n. 14. Vincent. de Franc. dec.
Neapol. 100. n. 19. Covarr. pract. Quest. quest. 6. Cz. L. 2. Resp. 19. n. 20.
seq. Ziegler. de for. privil. c. 7. §. 3. his potissimum ducti rationibus,
quod imperator Constantinus in l. un. C. qu. Imp. int. pupill. & vid.
nullum faciat discrimen inter divitem & pauperem. Brunm. ad d. l. un.
& viduæ, licet respectu divitiarum, non sint miserabiles; tamen respectu
injuriarum, quibus hæ, etiamsi divites, sunt expositæ, sic satis misera-
biles. Panor. in c. significantibus de offic. deleg. quo sensu secundum
Decium etiam Regina vidua miserabilis dicitur persona, in cap. ceterum
X. de iudic. notante Jaann. Borcholt Comm. in consuetudin. Feud. c.
10. n. 27. magisque commiserandum est viduæ diviti, quam inopi, cum
illæ majores patiantur insidias, Menoch. de A. J. Q. cas. 66. n. 11. nec vidua
etiamsi dives, vidua esse desinat, Wilhelm. Anton. Freundeberg de induc

B

170.

mor. at. concl. 33. n. 17. HÆC, paupercula scil. cui domi curta supellex, & laboribus de victu quotidiano sibi prospicere cogitur. l. 49. § 3. C. de Episcop. & Cleric. Jctus. Hermogenianus in l. 10. ff. de Accusat. cum prædicat pauperem, qui minus 50. aureorum in bonis habet, huic similis Constit. Elect. Curix Provinc. quæ Lipsix est, hac enim qui juribus paupertatis frui cupit, ante omnia jurare debet, das er nicht 50. Reichshe Goldgulden/ weder an beweglichen noch unbeweglichen Gütern habe/ & in Camera imperiali, constitutio pauperum eos tantum concernit, qui extrema egestate laborant, & juramentum paupertatis præstiterunt. *Speidel. spec. jurid. sub voce arnseliger eute.* Sed & hoc potius judicis relinquendum arbitrio, qui habita ratione status, professionis, & dignitatis, suum cuique tribuet.

XI. Cum autem omnes homines non similem vivere vitam experientia testetur, sed alius huic l. illi studeat virtuti; alius in hoc l. illud inclinet vitium; hocque tam in masculis quam feminis contingat: ideo (III) Viduam ratione vitæ, dividimus in HONESTAM & TURPEM. Et HANC quidem dicimus; quæ ejusmodi quid perpetrat, quo vel ipso jure ei macula inuritur, ut si meretricio more vivat, ac quæstum corporis faciat; l. 43. pr. de Rit. Nupt. *Lauterb. Compend. jur. Civ. de his qui not. infam. p. l. 41. ff. de R. N. Anchoran. consil. 68. n. 4.* notante *Sebast. Hornmold. tom. 4. repertor.* quod vere sic dicta vidua, vitare planè debeat cæturum virorum, nec ignoscendum ei, quæ paupertatis obtentu, turpissimam vitam agit, ult. vult. d. l. 43. § 5. Vel si intra annum luctus ad secunda transeat vota. *Eckholt. & plures alii ad tit. de his qui not. infam.* de qua in subsequentiibus plura differendi occasio dabitur: vel si se quæstum faciendi gratia in scenam prodeuntibus associet; *Wesemb. de his qui not. inf. perl. 4. § 5. diff. tit.* secus si exercitii vel delectamenti gratia, justo tempore locoque tale quid fiat. Non leve præterea turpitudinis signum, cum Viduæ ædes promiscue omnibus patent: si per aliquot dies à morte mariti domi clausa quidem later, sed mox in theatris prima: hoc enim factum, ipsarum læditur existimatio, apud honestos & graves viros. Non immerito quoque huc referunt quidam eas, quæ se ab omnibus exosculari patiuntur; cum oscula plerumque libidinis antescenia, nec plura denegare, qui osculum non denegat, dicit, *Grüter in Bibl. Esul. sub tit. Osculi. Vid. c. ne aliqua 4. caus. 22. quæst. 1. & P. G. Tholosan. S. J. U. L. 8. c. 8. n. 25. Gloss. ad L. 13. C. ad L. Jul. de adult.* ILLAM, quæ virtutis & honestatis amans, non solum

rem

mer ipsam, quæ ipsius fama periclitari possit, sed suspicionem quoque evitare laborat, atque secundum Dei præceptum, deserta vivit & in eam sperat. Vid. prolixè hanc materiam pertract. *Georg. Vivien. de offic. probe matris. L. 4. per plura cap. & Ludov. Viv. tract. de Christian. femin. L. 3. per totum.*

XII. Progredimur ulterius ad ipsa viduitatis jura: Quæ quidem considerari possunt; quatenus jus publicum concernunt, vel quatenus jus privatum; quoad prius, nulla fermè harum habetur ratio; debent enim abstinere ab omnibus functionibus publicis; non succedunt in Regna, sed quam longissime ab Imperii majestate arcentur. *Bodin. de Republ. L. 6. c. 5.* Lubricum enim illarum consilium, ut nec sibi consulere, ne dum aliis queant *l. 2. § 2. ad SCrum Vellei. Cz. de jur. fem. dec. 9. pos. 1. n. 4.* nisi in Regno successivo forte consuetudo illis jus aliquod largiatur particulare. *Tiraquell. de primogen. quæst. 10.* Sed de hac materia prolixius agere instituti prohibet ratio & passim ab ipsis politicis sic satis prolixè tractatur, videri hac de re cui volupe, poterit *Henning Arniseus in relect. polit. L. 2. c. 2. sect. 12.* (Lipsium & alios ut taceam) ubertim hæc examinans, ut is unus instar omnium esse possit: pergimus ergo ad posterius, quod magis nostræ inserviat thesi.

XIII. Varia a. respectu hujus viduis concessa esse, jura & privilegia vel inde constat, quod habeantur personæ miserabiles, *Freundeberg. de induc. morat. gcl. 3. n. 10. Borcholt. in consv. feudal. c. 10. n. 27.* & ex numero illarum quas jura pro vere miserabilibus agnoscunt. *l. un. C. qu. Imperat. int. pupill. & Vidu. Simon de Prat. de interpret. ult. volunt. L. 4. dub. 8. n. 58.* nec ex Dd. sententia inter eas saltem referantur. *Menoch. de A. J. Q. cas. 66.* gaudeantque juribus & privilegiis miserabilibus personis concessis, quæ potissimum in eo consistunt, quod (1) Ordinarium judicem declinare, partem adversam, non attenta prima instantia, ad principis tribunal vocare possint *l. 1. C. de offic. divers. judic. Gail. L. 1. O. 1. n. 40. Brunm. ad l. un. qu. Imperat. Frideric. Hiltrop. process. judic. p. 1. tit. 2. n. 102. Perez. ad l. un. qu. Imperat. n. 3. Frantsk. ad ff. de judic. n. 6.* quod & jure Pontificio confirmatum videtur, quo justitiâ denegatâ à Laicis, Ecclesiasticum possunt adire judicem *can. 1. X. de foro Compet. c. 15. eod. Hiltrop. d. l.* (2) Quod extra ordinem, ad consistorium Principis, ne rescripto quidem trahi possint. *Perez. ad d. t. qu. Imperat. Pac. anal. C. eod. n. 6.* quamvis autem *Natta V. 3. consil. 590*

Spacius ad d. l. un. velint, viduas huic privilegio renunciare non posse, huic tamen sententiæ non subscribimus, cum quilibet juri pro se introducto, ni expresse vetitum, valide renunciare possit. *l. 1. ff. Si quis in jus voc. l. 41. ff. de Minor. Perez. ad d. l. un. C. qu. Imperat.*

XIV. Ex eo autem quod viduæ habeantur miserabiles personæ, quæ lædi non debent, ob præceptum Dei passim in sacro Codice datum, fuit & hoc privilegium, quod induciæ moratorix, quæ debitoribus absq; culpa facultatibus suis lapsis *Besold. ibes. pract. voce Quinquennal.* ad hoc ne intra certum tempus, quod plerumq; quinquennale, exigendo debitum, molestiam ipsis creent creditores. *Thomas. de not. Imp. Rom. Germ. tab. 19.* vel ab Imperatore, ut contra omnes Creditores cujus cunq; diuisionis valeant, *Webner. pract. observ. voce Anstands Brieffe. Sneider. ad § jus a. Civ. J. de J. N. G. C.* vel à Principe, ut adversus suæ ditioni subiectos, tantum uti possint, *Speidel. spec. jurid. voce Quinquennal.* conceduntur, non tangant viduas; non solum quoniam hæc ejusmodi literarum concessionibus maxime læderentur, dum tanto tempore pecunia sua carere cogantur; Sed etiam Viduarum debita sint ex numero illorum, quæ expresse respectu harum induciarum privilegiata, uti pluribus deducit. *Wilhelm. Anton. Freundeberg. de induc. morat. concl. 30. n. 1. & concl. 33. per 101.* Ideoq; sub generali rescripto moratorio adversus Creditores non continebitur vidua, nisi expresse in supplicatione mentio ejus facta, & contra illam specialiter rescriptum sit. *Freundeb. d. concl. 33. n. 16. add. Menoch. de A. J. Q. cas. 202. n. 39.*

XV. Vidua præterea quamdiu in viduitate persistit, in eodem creditur perdurare matrimonio. *l. ult. C. de bon. mater. l. 10. C. de Nupt. Mev. p. 4. dec. 112. pr. Menoch. de A. I. Q. cas. 288. n. 30. Perez. ad tit. C. de Dignitat. n. 55. Brunm. ad l. ult. de Incol. & amissi mariti domicilium retinet. Gomez. Leonus informat. & decis. cent. factio. 90. l. 22. § 1. ff. ad municip. ibiq; Brunm. l. 13. C. de Dignit. dicitur inde de familia mariti defuncti, Card. Tussim tom. 8. concl. 204. n. 8 representatq; illius imaginem ac jus Gædd. ad l. 195. §. f. de V. S. per text. l. 10. C. de remilit. ipsiusque gaudet honore dignitate ac privilegiis Richter. p. 1. dec. 9. n. 3. Herm. Vultei. V. 2. consil. 9. n. 52. Capyc. dec. 129. n. 9. Finckelt. D. Feud. 10. contr. 12. Berlich. p. 3. concl. 52. n. 34. Cz. de jur. fam. dec. 1. pos. 5 l. 8. ff. de Senat. ibiq; Brunm. de vidua Senatoris in specie vid.*

MAGNE

juratus tract. de muner. patrim. pag. 388. n. 15. Doctorum viduarum ju-
ra specialiter examinat Georg. Christoff. Walther. de statu jur. ac privileg.
Doct. c. 15 § 105. ubi ex Roland. a Valle notat, Reginam Gallia, dum in vi-
duitate, Reginam vocari, & uti ac frui omnibus privilegiis, quibus Rex
dum vivebat, fruebatur: recteq; etiam inibi distinct. traditam Nolden-
no de Nobilit. c. 6. n. 54. inter viduas Medicorum & Jctorum, rejicit.
Hoc autem ad ea duntaxat pertinet privilegia, quæ marito ratione digni-
tatis aut nobilitatis, non vero quæ ratione officii competeabant Cz. p. 4.
const. 21. def. 11. n. 8. Bartol. ad l. §. 4. ff. de jur. Immunit. Card. Tuscus.
tom. 8. concl. 203. n. 3.

XVI. In viduas a. certorum collegiorum & opificum idem videmus
observari, manent enim hæ in eodem collegio, donec ad secunda-
transcant vota Mev. p. 8. dec. 52. & possunt artificium defuncti mariti per
idoneos ministros v. g. Provifores, Meistergesellen/Taffelschneider &c. ex-
ercere; quod etiam in illis collegiis & artificiis locum habet, in quibus
alias nullus nisi probatus & juratus admittitur. P. G. Tholosan. S. 7. V.
L. 9. c. 4. n. 11. Matth. Steph. de Nobil. Civ. c. 5. n. 57. Costal. in l. 8. ff. de Sen-
at. arg. l. 8. ff. de Senat. § l. 13. C. de Dignit. Matth. Stephan. de Idict.
L. 1. c. 14. n. 17. Posse tamen interea viduam, quæ stupro se commac-
culavit, removeri ex collegio opificum, affirmamus cum Cz. L. 6. Resp.
100. tit. 10. n. 7. Ob rationes inibi adductas, & quod talis demortuum
maritum, ejusque familiam, dehonestet; injuriamq; quasi ipsius ossi-
bus inferat. Nov. 39. c. 2. Richter. p. 5. consil. 17. n. 1. hac tamen adjuncta
limitatione, nisi nubat Stupratori, nam tunc matrimonium, omnia
vitia, fictione juris tollit, & statim ante copulam cornalem contractum
censetur. Cz. p. 2. const. 6. def. 13. n. 3. Gail. L. 1. O. 141. n. 1.

XVII. Eodem modo, Vidua, cujus maritus ab omnibus oneri-
bus erat immunis, mortuo eodem, hac gaudet immunitate Arnold. de
Reyger thes. pract. voce Vidua. n. 31. Anton. Faber ad Cod. L. 9. tit. 28.
def. 22. nec collectæ vel decimæ ab ea jure exigí possunt, in tantum ut
si aliquando cogatur ad exsolvendas illas, & altera vice hoc facere recu-
set, objici illi nequeat, quod renunciasset censetur privilegio, dum semel
exsolverit; nam coacta solutio, facta ab immuni & exempta, ipsius privi-
legio non derogat. Menoch L. 6. pres. 41. n. 14. p. l. 4. pr. de Muner & Honor
Vel si se alio transferre, & ibi domicilium ponere, vel hereditates & le-
gata capere velint, non sunt æq; ac aliæ quæ illo jure, non gaudent, hoc

detractionis onere gravanda. *Berlich. p. 3. conf. sz. n. 35. Schepliz in
Consuetud. March. p. 3. tit. 8. §. 7. n. 6. seq.*

XVIII. Quo vero defuncto, marito debitus præstetur honor, & turbatio sanguinis evitetur, tenetur vidua de jure Civ. per annum in viduitate manere. *l. 11 ff. de his qui not. infam.* quod si facere neglexerit, & alteri nubere festinaverit, probrosis inusta notis, honestioris nobilisque personæ decore & jure privatur *l. 1. §. 2. G. de Secund. Nupt. ibiq; Brunm. l. 15. C. ex quib. caus. infam. irrog. ibique Brunm. Cz. de I. F. dec. 1. pos. 15. 16. Mar. Ant. Peregrin. de jur. Fisci L. 3. tit. 15. n. 1.* hancq; infamiam incurrit, etiam si intra annum luctus enixa, nubat *Echolt. de his qui not. §. 8.* neq; huic adversatur. *l. 11. §. 2. dict. tit. cum ea sit intelligenda de ejusmodi muliere, quæ virum habuit more majorum non lugendum, de quo etiam agit d. l. §. 3. Hahn. ad Wesenb. eod. tit. n. 5.* Si autè à Principe hoc impetraverit, non notatur. per *l. 10. ff. de his qui not. Echolt. eod. §. 9.* apud Judæos quid obtinuerit, videre est apud *Selden. ux. Hebr. L. 2. c. 11. p. 128.* ubi præterea monet, quod è priori marito gravida, nec ante puerperium rite nubere, nec desponderi possit; neq; post puerperium, ante biennium inde elapsum, nisi intra id tempus denasceretur proles, aut ipsa lac non præberet, quod istud intervallum ablactationi fuerit præstitutum.

XIX. Jure Canon. abolitam volunt hanc infamiam per *c. 4. §. 5. X. de Secund. Nupt. Sichard. ad tit. C. de Secund. nupt. n. 14. Donnell. L. 13. c. 19. Srauch. dissert. justin. 2. aphor. 27.* idem etiam moribus variorum locorum obtinere, censent *Grænweg. de L. L. abrog. ad l. 1. C. de secund. nupt. Echolt. d. l. Scot an. exam. jurid. de his qui not. Treutl. V. 1. D. 8. th. 5. lit. B.* Contrarium tamen asserunt, jusq; Civile servari, docent *Nevizan. Sylv. nupt. 2. n. 48. Jacob Mastert. tract. de Secund. nupt. quest. 11. Paul. de Castro & Brunm. in l. 15. C. ex quibus causis infam.* idque jure merito, uti putat *Henning Renneman. in Ipr. Rom. German. memb. 1. D. 8. th. 13. Arumaus ad ff. exerc. 5. th. 10.* Jus porro Canon. nos hodie sequi vult *Lauterb. Comp. J. C. de his qui not. inf. ibiq; alleg. idq; teste ipsa experientia; quot enim sunt viduæ (ut silentio eas involvam, quibus super præsentem conjugem alter jam animo desponsatus) quæ omni viduitatis luctu, uno eodemque die defunguntur; uti de Fulvia, M. Marcelli uxore, dicebat Cn. Flavius Censorinus ap. *Guevar. in Horol. Princip. L. 6. c. 41.* quæ tñ, nulla ea propter laborant infamia, imò
vix*

vix levis notā macula afficiuntur. Eo vero casu, quādo vidua uterū gerens, ad secunda convolaverit vota, locum adhuc hodiē habere pœnam juris civilis, testatur *Brunm. ad l. 1. § 2. C. de Sec. Nupt. & ad l. 4. C. ad SC. ſū Tertull.* idem in terra Saxonica observari, monet *Cz. L. 2. Ipr. conf. def. 159. n. 13. seq.* pariter nec pœnæ, in favorem liberorum prioris matrimonii sunt sublatae, sed ad huc hodiē vigent. *Gail. L. 2. O. 98. n. 8. Ric tersb. ad Nov. 2. § 22. n. 18. Eman. Soarez. thes. recept. sent. fol. 267. n. 59.* Num sponsalia interea inire liceat? itidem haud leviter disceptatur: negativa hic videtur amplectenda; per tradita *Cz. L. 2.3. Ipr. consist. def. 161.* tum quoniam publica hic obstat honestas, tum quod defuncti memoria tam cito obliteratur, ejusque anima in sepulchro quasi contristatur. *Nov. 22.* attamen, si forte vidua metuat, ne durante tempore ductus, comoda nubendi occasio elabatur, sponsalia celebrare licet. *Cz. de j. F. dec. 1. pos. 6. n. 39.* quamvis periculosum id esse velit, *Brunm. ad l. 1. § 2. C. de Secund. Nupt.* ob rationem inibi adjectam.

XX. Licet a. secundæ nuptiæ profus non sint prohibita, attamen vidua eas iniens, amittit omnia privilegia prioris matrimonii, cognomen, honorem item & dignitatem. *L. ult. C. de incol. ibi q; Brunm Theod. petrei thes. controuv. crim. §. 97. lit. A. pag. 53. Rosenthal. jur. Feud. concl. 27. n. 50.* quæ etiam videtur subfuisse ratio quod, apud Hæbreos Regis Vidua, vel ab eo divortio ejecta, ad secunda vota, nequicquam transire potuerit. uti vid. ap. *Joan. Selden. de Nupt. & divort.* Idem juris obtinet, si mortem violentam mariti non vindicet, quippe portio vacans Fisco accrescit. *l. 20. seq. ff. de his quib. ut indignis Sc. Berlich. p. 3. concl. 36. n. 6. seq.* leges enim propter summum amorem erga maritum, & majorem ex morte illius dolorem, vel ipsis liberis, in accusando præsurrunt viduam *Harpr. ad §. 1. I. de publ. jud. n. 19. seq.* quod in tantum ampliat, ut quoq; possit nomine operarum mariti quibus caret & postea caritura est, actionem *L. Aquilæ* instituere. *Id. ad §. 10. I. ad L. Aquilianam.* Inde etiam *Renatus Scoppinus de priv. Rustic. L. 3. c. 11.* movet quæstionem an occisi viduæ, cessa tertio accusatione, cessionis emolumentum aueratur? quod ex causa indignationis affirmat, & fisco applicari, præjudicato quodam corroborat. Eiusdem censetur farina, quæ tempore viduitatis luxuriose vivit. *Card. Tuscus pr. act. concl. tom. 7. concl. 709. n. 16.* quippe æquiparatur secundo nubenti, *Rosenthal. d. l. 1. 7. C. de Revoc. donat.*

hisdemque subjacet poenis, *Eman. Soarez. thes. recept. sent. fol. 267. n. 58.*
Petr. Francisc. Linglois ad 50. decis. Cod. dec. 17. quæst. 8. n. 3. quæ cum la-
te videri possint ap. *Berlich p. 4. concl. 31. n. 13. seq.* & *Joan. Althus. dicaol.*
L. 1. c. 142. n. 27. seq. hic eas afferre superfedeo. De jur. Saxon. constitutio-
nem tit. C. de secund. Nupt. esse abrogatam docet Cz. p. 4. const. 21. def.
3. de luxuriose vivente vid. late *Joan. Baptist. Plotum tract. de in licem*
jurand. § 8. p. 276. n. 9. seq.

XXI. Certè, (ut taceamus Montanistas, aliosq; olores secundarum nu-
ptiarum) viduitatis semper maxima laus fuit, idq; jure merito, uti videre
est in *Nov. 2. c. 3. vers. Optimum.* add. *Salmuth ad Panceroll. nov. reperr.*
tit. 10. pag. 178. inde viduarum nuptiæ, olim minori solennitate, uti anno-
tat *Casb. Barthig Advers. L. 2. c. 7. in scol. 62.* habebantur, ita ut festis quoq;
diebus celebrari potuerint, cujus quidem causâ fertur, quod nullâ ipsa
afferretur vis, quamvis *Verrius Flaccus* joci causa aliam reddiderit ratio-
nem, teste *Varrone*, quod sc. feriis veteres fossas tergere licuerit, novas
jux non esset, unde *Gryphum* convivalè composuit *dist. Salmuth. cit. loc.*
ubi plurib; hanc materiâ tractat. *Annaus Roberti rev. jud. L. 2. c. 7. pag. 390*
aliam addit rationem, ut sc. frequenti populi multitudine erubescere co-
gerentur. Plura nec injucunda de muliere secundo nubente recen-
set *Joan. Coras. miscell. L. 3. c. 1* Num autem defuncti heredes, viduæ
sint obstricti ad præstandum legatum, hac conditione (Vidua permanen-
te) relictum? quæstionis est; & quamvis affirmativa hic videatur ample-
ctenda, (1) quod ejusmodi conditio rejiciatur ab ultima voluntate *L. 22. ff.*
de Condit. & Demonst. l. 62. § 2. eod. & ex sententia Apostoli melius sit
nubere quam uri; Cz. *de I. F. dec. 1. pos. 6. n. 9.* attamen cum *d. l.* tantum obti-
neat, si virgini viduitas injuncta: *Brunm. ad d. l. 22. & hodie per authent.*
Cui relictam C. de indict. Viduit. ibiq; Richter n. 8. seq. hæc con-
ditio, in primis nuptiis improbetur, in secundis vero admittatur *Menoeb.*
L. 4. præ 187. Brunm. ad l. 62. de Condit. & Demon. & ad tit. C. de Indict.
Viduit. Gujac. in parat. C. de indict. Viduit. Perez. ad eund. tit. Sicbard.
ad Cod. L. 6. tit. 42. l. 9. n. 3. Joan. Althus. dicaol. L. 1. c. 142. n. 19. *Eman.*
Soarez. thes. recept. sent. fol. 267. n. 61. negativa erit defendenda: aliter di-
stinguit *Phanucc. de Phanucc. comment de lucro dot. censendo, L. Jul.*
Miscellam obtinere qu. propter incontinentiam, vel ob aliam causam,
decrepitæ sc. senectutis, sterilitatis, similemve; secus quando vidua nubat

bat vegeta, liberorum procreandorum gratia *Gloss. 3. n. 9. pag. 158.* Imo, hac conditione relictum legatum, si castè vixerit, perdere viduam, si ad secundum transierit thorum, defendit *Covarr. de matrim. p. 2. c. 3. §. 2. n. 14.* cui adstipulatur *Menoch. L. 4. praes. 65. n. 10.* ex eo, quod hic casus nuptiarum, ad casum mortis extendatur, *per l. 3. C. de instit. & substit. ibid. Brunm. in f. Contrarium tamen eruere vult, ex cap. 12. Dist. 31. Sebast. Hornmold. reperit, tom. 4. voce Vidua, quod scilicet matrimonium d. c. dicatur castitas.*

XXII. Quemadmodum autem constante matrimonio, uxor a marito alenda, *l. 22. §. 8. ff. Solut. matrim. ibid. Brunm.* ita quoque mortuò marito, ab ipsius heredibus, viduæ alimenta præbenda, *Card. Tuscus pract. concl. tom. 8. concl. 203. n. 15.* nec per annum luctus tantum *Gloss. in verb. restituendis. §. fin. autem l. un. C. de R. ll. A.* sed etiam, si dote restituta, illius usufructus, viduæ non sufficiat ad necessaria alimenta. *P. F. Lincolnis ad 50. decis. dec. 17. quæst. 7. n. 6. Joan. Surdus tract. de alimen. tit. 1. quæst. 44. n. 32.* qui circa alimenta, viduæ debita, tres diversas assertorū opiniones, easque conciliat. Inter hæc alimenta & reputantur vestes lugubres: *l. 4. 3. ff. de V. S. Card. Tuscus tom. 8. concl. 395. n. 5.* nam cum tristis habitus, competat viduæ, ob mortem mariti *Capyc dec. 26. n. 1.* debentur hæc illi, etiam si maritus sit obætatus; ast non tam pretiosæ, sed pro ratione facultatum: *Mev. p. 6. dec. 242. n. 4.* & quamvis pecunia in has erogata de J. Civ. non veniat nomine impensarū funebrium, ut prælationis jure gaudeat. *l. 14. §. 6. l. 37. ff. de Relig. & sumpt. funer. de consuetudine tamè his annumerari testatur Mev. d. l. n. 1 Tuscus tom. 3. concl. 536. lit. F. n. 1. Berlich. p. 1. concl. 64. n. 90.* idemque de jure Sax. obtinere, probat *Cz. p. 1. const. 28. def. 4. n. 3.* ita ut nec viduæ, ex loci consuetudine vestes lugubres petenti, incumbat probare illam consuetudinem, sed rejiciat hoc onus in heredes, contrarium prætendentes, *Herm. Vulcei, V. n. consil. 26. n. 127. Mascard. de probat. concl. 423. n. 37.*

XXIII. Quamvis etiam de J. Civ. antiquo, conjugibus successio plane esset præcisâ, donec Prætor naturali æquitate ductus, nullis existentibus liberis, Agnatis nec Cognatis, ipsis bonorum decernebat possessionem, unde *Vir & uxor. l. un. ff. unde Vir & Ux. Snobel. D. ff. 18. th. 29. Lindem. exerc. Justin. 5. th. 47.* attamen Imperator Justinianus, novissimo jure, quod continetur in *Nov. 53. c. 6. & Nov. 117. c. 5.* (ex
C
qui-

quibus desumpta nobilissima illa clausula, quam Dd. authenticam vo-
 cant, *Richter. ad auth. Præterea C. unde Vir & ux. n. 3.*) jus aliquod pin-
 gvius ipsis largitus. Quippe vult. *authent.* ut si conjux superstes labo-
 ret inopia, præmortuus vero sit locuples, de ipsius participet bonis,
 & succedat marito si nullam habuerit dotem, hoc servato modo, ut si
 tres vel pauciores adsint liberi, quartam accipiat omnium bonorum;
 si vero plures, virilem tantum portionem: *Nov. 117. c. 5. Sneider. ad
 pr. J. de hered. qua ab intest. ad rub. de success. inter virum & ux. n. 14.
 Cz. de. j. F. dec. 8. pos. 4. n. 8. Donell. L. 9. c. 1. ibique Hillig. Rittersb. ad dd.
 Nov. p. 7. c. 17. n. 1. manente penes liberos proprietate, quam consequitur
 nullis existentibus liberis. Perez. ad C. unde Vir & ux. n. 3. Eo ipso
 enim, dum maritus indotatam ducit, promissa hæc quarta censetur, ipsi-
 usque manes hoc magnopere efflagitare videntur, ne, quæ vitæ fuit So-
 cia *l. i. ff. de R. N.* post obitum ipsius, non sine magno defuncti oppro-
 brio, mendicare cogatur *Magnif. Dn. Radovius, Fautor & Præceptor ac
 Patronus meus summa observantia colendus, in diss. sua in ang. ad dist.
 authent. Cz. de l. F. dec. 8. pos. 4. n. 11. Richter ad d. auth. n. 31.* quod etiam
 extenditur ad eam, quæ dotem quidem habet, sed non tam amplam, ut
 sufficientia inde alimenta sumere possit. *Treutl. V. 2. D. 16. th. 6. Lit. D.
 Struv. S. J. U. exerc. 38. th. 39. Rittersb. ad d. nov.**

XXIV. Utrum autem sola vidua, an etiam maritus ad hanc successionem
 admittatur, varix variorum, ob *Nov. 117. c. 5. verb. finalia* sunt sententiæ.
 Verum ne nimis prolixus, hæc potius silentio involvam, adire interim
 possunt, quibus volupe est scire, qui pro affirmativa stant parte. *Perez. ad C.
 d. l. Gail. L. 2. O. 98. n. 5. Lindem. exerc. just. 5. th. 48. Snobel. D. ff. 18. th. 29.
 Richter. ad dist. authent. n. 6. Berlich. p. 3. concl. 26. n. 38. ibiq. alleg. Tabor.
 part. elem. p. 3. sect. 2. Ez. J. 2. calculum autem negativæ addunt, Rittersb.
 ad Nov. p. 7. c. 17. n. 9. Cujac. ad Nov. 53. in f. C. J. A. ad tit. unde vir & ux
 th. 3. uti quoque controversia non caret, an vidua indotata, patrem habens
 divitem, hanc portionem petere possit? Negativæ quidem subscri-
 bunt. *Richter. ad d. authent. no 19. arg. Nov. 53. c. 6. s. f. Struv. exerc. 38.
 th. 39. in f. pace tamen tantorum virorum, affirmativam veriore existi-
 mamus, ex eo, quod hæc alimenta competant viduæ, in honoré transacti
 matrimonii; Perez. ad C. und. vir. & ux. num. 4. & pater tantum ex æquiva-
 re, non vero jure actionis, uti hæredes, eam alere teneatur.* *Card. Tuscu-**

præf.

pract. concl. com. 8. concl. 40x. n. 21. Bartol. ad l. 3. ff. de Alim. & cibarij. legat. Uti denique, quæ tempore mortis actu non tantum possidet, unde honeste vivere queat, locuples dici poterit, etiam si patrem habeat divitem per eleg. sext. in l. 63. in f. pr. ff. ad L. Falcid. Berlich. p. 3. concl. 26. n. 19. ibiq; alleg. Thoming. dec. 40.

XXV. Egregie insuper prospectum viduis, quæ vivente marito, vel novando, vel fidejubendo, vel constituendo, pro eo se obligarunt, ut exin adversus ipsas non detur actio, cum intercessio ipso jure nulla l. 2. §. 1. ff. ad SCrum Vellej. Mev. p. 6. dec. 22. n. 2. Rauchb. p. 1. quest. 34. n. 9. Cujac. ad Nov. 61. Brunm. ad auth. C. Si qua mulier. ad SCrum Vellej. n. 1. Schnobel. D. ff. 10. ib. 4. l. 23. §. 2. C. ad SCt. Vellej. etiamsi expresse renunciaverint dict. authent. Berlich. p. 2. concl. 19. n. 61. Hillig. ad Donnell. L. 12. cap. 30. lit. C. hancque renunciationem post biennium iteraverint Cochm. V. 5. Resp. 48. n. 2. Rauchb. d. l. n. 12. Richter. ad d. auth. n. 3. Rittersh. ad Nov. 134. p. 2. c. 4. n. 14. viduam quoque, quæ pro marito recentem mortuo constituerit, reddere tutam, praxis & Dd. passim declarant. Quamvis enim matrimonio per mortem dissoluto, non tam pro marito quam extraneo ex constituto se obligasse censeatur. Mev. p. 7. dec. 229. quod nulla præsumptio, post mortem mariti superesse possit, quæ in vivis pro uxore militabat; blanditiis nam maritalibus, ipsam ad fidejubendum esse inductam; amor tamen & respectus conjugalis, non tam cito in fumum abiisse censetur, ut respectus maritalis plane exulare debeat, quo vidua infirmi & imbecillis judicii, facile ad constitutionem & susceptionem debiti, persuaderi poterat. Latè id deduc. & præjud. confirm. Cz. p. 2. const. 16. def. 3. & de I. F. dec. 4. pos. 4. n. 16. arg. l. 2. §. 2. ff. ad SCt. Vellej. §. 1. Spenult. C. de R. U. A. Brunm. ad l. 2. ff. ad SCt. Vellej. in f. Secus, si in instrumento, adhibitis tribus testibus, de jure suo certiorata, intercesserit l. 23. §. 2. C. ad SCt. Vellej. Mev. ad I. L. lib. 1. tit. 5. art. 7. n. 17. aut intercessionem juramento confirmaverit; nam tunc, licet de J. Civ. hæc intercessio ne juramento quidem accedente, convalidari possit, per trad. Berlich. p. 2. concl. 19. n. 23. Rittersh. ad Nov. p. 2. c. 4. n. 20. de jure Canon. tenetur, quod hoc in casu sequimur. v. Disp. Inaug. Dn. Licent. Engenhagens ad hanc authent. sub præsidio Excellentissimi Dn. Præsidis per aliquot annos hospitis ac Præceptoris mei æternum venerandi, habitam. Schnobel. D. ff. 10. ib. 4. Berlich. d. l. n. 24. Rauchb. p. 1. quest. 34.

n. 15. *Card. Tusc tom. 5. lit. M. concl. 421. Rittersb. d.l.* Non tamen hic
sufficit renunciatio facta an *Sydes stad/ beyhm Wort der ewigen Wahrheit.*
Cz. de I. F. dec. 4. pos. 6. n. 12. sed præcise requiritur, formula jurisjur. in S.
Imper. Romam. recepta. *Ordinat. Cam. p. 1. à c. 57. ad. c. 85. Rauchb.*
p. 2. quest. 2. n. 52. præprimis, ubi actus aliquis, uti hæc renunciatio, solen-
ne requiritur juramentum, *Cz. p. 2. const. 16. def. 6. n. 14.* tum enim per verba
æquipoollentia adimpleri non poterit. *Harem. Pistor. p. 4. quest. 6. n. 3.*

XXVI. Hoc tamen privilegium non concernit viduam merca-
tricem, quæ eum marito communem exercuit negotiationem, und sunt
offenen Kramladen oder Märcktsstz Bald. *ad ant. b. Si qua mulier n. 6.*
Mev. ad J. L. lib. 1. tit. 5. art. 7. n. 13. hæc enim, si vivente marito, in eo-
dem instrumento se corream debendi fecerit, non tantum se ipsam, ve-
rùm etiam res suas facit obligatas *Mev. p. 8. dec. 453.* teneturq; illud ex-
solvere, ne bona fide cum illa contrahentes inique decipeantur. *Gail.*
L. 2. O. 90. n. 5. nec poterit, quoniam pecunia ex negotiatione in ipsius rem
versa censetur, jvari exceptione S. C. ti Vellej. *ob aut. verba finalia* No-
tas vero mulieris mercatricis examinat *Dn. Mev. ad I. L. d. l. n. 11. C. L.*
3. tit. 6. art. 21. n. 34. idemque p. 9. dec. 79. Unico tamen actu, quæ merca-
turam exercet, mercatrix non est, *Arnold. de Reyger. thes. jur. voce Mer-*
cator. Berlich. p. 2. concl. 17. n. 90. sed quæ negotiari consuevit. *Cz. p. 2.*
const. 1. def. 16. n. 3. Extra ea vero quæ mercaturæ intuitu fiunt, quod in-
dubio semper præsumitur *Berlich. d. l. n. 96. Mev. p. 9. dec. 79.* fidejubentes
mercatrices, æque ac aliæ hujus S. C. ti fruuntur beneficio *Mev. ad J. L. lib.*
1. tit. 10. art. 1. n. 79. Berlich. d. l. n. 94.

XXVII. Circa adoptionem, viduæ hoc habent juris, ut, eti-
a msi hæc sit actus legitimus *l. 77. ff. de R. J. qui in comitiis celebra-*
batur, & ii tantum vere adoptent, qui liberos in potestate habent,
tot. tit. J. de Adopt. nec fæminas liberos in potestate habere, ideoque
nec adoptare posse aperti sit juris. l. 5. C. de Adopt. (quamvis contra-
rium sentiat Mynsing. in comm. ad §. 10. J. de Adopt. qui liberos ejus
Potestate subijci vult) ex indulgentiac. Principis possunt in solatium libe-
rorum amissorum adoptare l. 5. C. de Adopt. §. 10. J. de Adopt. Sneyd W. ad
b. 6. Vinn. in comm. maj. ad J. d. 9. hac manente differentia, ut non
filiosfam. sed filios tantum faciant, & ita non potestatem patriam,
sed id tantum juris consequantur, quod habituræ fuissent, si filij superstites
vixissent

vixissent. *Lindem. exere. iust. l. tit. 11. Loscam. ad §. 10. J. de Adopt.*
Cum quoque adoptioni unio prolium assimuletur *Gail. L. 2. O 125. Vinn.*
in comm maj. ad rubr. J. de Adopt. in f. aliisque Da. viduam ad se-
cunda vota convolantem hanc quoque facere posse, dubium non erit.

XXVIII. Indultum porro est viduis, ut possint suscipere tute-
lam liberorum; *authent. matri Savia. C. qv. mul. tut. offic. fung-*
â qva alias fæminæ arcentur. l. 13. ff. de Tutel. quoniam munus
publicum, *pr. J. de Excus. Tut.* quod subire sexus muliebris prohibe-
tur *l. 2. ff. de R. J. & late interpretes* hocque in tutela ita strictè
observabatur, ut jure Digest. pater tutelam communium liberorum
matri frustra demandaret. *l. 26. ff. de Testam. Tutel.* nisi à Principe
hoc impetrasset. *l. 18. ff. de Tutel* Jure vero Novell. ab Imperat. Justi-
niano constitutum est, ut mater & avia, solo pietatis intuitu & amoris
ratione, quem erga liberos fovere præsumuntur, ipsò jure sint tutrices,
Nov. 118. c. 5. Anton. Faber. ad C. L. 5. tit. 2. def. 1 n. 6. ipsisque etiam
Agnatis & cognatis præferantur. *Philipp. us. pract. L. 1. Eccl. 82. n.*
3. ibique alleg. Lauterb. comp. J. C. de Legit. tutor Cz. p. 2. const. 11.
def. 11. & de J. F. dec. 2. pos. 1. n. 18. Hoc insuper singulare habent, ut
admittantur etiam debitrices. *Lauterb. d. l. Nov. 94. c. 1. Wesenb. de*
Tutel. n. 5. Cz. L. 5. Resp. 83. n. 2. Auth. ad hac C. qv. mul. tut. offic. fung.
ibique Richter. amor enim naturæ erga liberos, & innata *congrua*
omnem hic removel sinistra suspensionem. *l. 67. §. 1. ff. R. N.*

XXIX. Requiritur autem, ut si velint esse tutrices (nam cogi
non posse, ut delatam accipiant tutelam, patet ex *authent. verbo Per-*
mittimus, & voluerit in l. f. C. qv. mul. tut. Sneiderw. ad. pr. J.
qui testam. tut. dar. poss. Ant. Faber. d. l. n. 3. Cz. d. J. F. dec. 2. pos. 1.
n. 23.) (1) Sint majorennis Brunm. in n. Wesenb. ad tit. de tutel. quest.
12. minorennis enim, non nisi in testamento à patre data, admittitur:
& ne tum quidem sine satis datione. *Ant. Faber. ad C. L. 5. tit. 21.*
def. 3. n. 3. arg. l. 46. §. 6. ff. de administ. Tutor. (2) Renuncient se-
cundis nuptiis *authent. Matri & Avia. C. qv. mul. tut. offic. fung. ibique*
Richter. n. 6. Nov. 9. c. 2. & olim quidè jurato, sed hodie id cum sit im-
mutatum à Justiniano, in authent. Sacramentum. C. qv. mul. &c. ampli-
us necessarium non est, nisi forte ultro ad id se offerat; uti exemplum
hujusrei in persona illustri refert. *Dn. D. Strick. de jur. avor. c. 2.*

§. 170. seq. ex D. Romano Diss. de Tutel. pers. illustr. §. 2. quod tamen ex necessitate ut fiat necessum non esse idem monet *ib.* 21. (3) Scto Velloj. aliisque beneficiis in ipsarum favorem introductis *diēt. aubent-Habn ad Wesb. de Tutel. n. 5.* (4) ut sint Confirmata à Magistratu. *Resor. Polit. de Anno 1548. tit. von pupillen §. 2.* De jure Saxon, notandum, quod si difficilioris administrationis, proximi agnati adhibeantur. *Heig. p. 2. quest. 13. n. 45.* Vel Curator ad litem ein friegischer Vormund ipsi associetur. *Zanger de except. p. 2. e. 8. n. 98.* idque invitis & reluctantibus quoque, ex officio Judicis, quod plurimis aliis in locis consuetudine aut statuto introductum refert *Habn ad Wesb. ad tit. de postul. n. 4.* Num vero Avum excludat à tutela, disceptatur; & ob expressam *Nov. 118. c. 5.* verba, (ibi Hoc etiam servantes, omnibus latere junctis præferuntur) negativam defendimus cum, *Maier. in C. J. A. de Legit. tut. §. 3. Richter. ad aub. Matri & avia. C. qu. mul. n. 22. Servo. S. J. V. exerc. 31. eb. 26.* eo ipso enim, dum Imperator Justin, novell. Const. restringit ad latere junctos tantum, apparet eum jus Codicis, quo & Ascendentes & Collaterales matri & avia præferrebantur, quoad ascendentes immutare noluisse.

XXX. Hoc præterea in controversiam venit; An pater in testamento, matri hanc adimere possit tutelam? & nos negamus, nisi in testamento alium tutorem dederit. *Rittersb. ad Nov. p. 8. c. 9. n. 14.* nam tutela hæc ipsis à lege defertur *Nov. 118. c. 5.* ideoque facto hominis auferri nequit. *per l. ii. ff. de R. I. Lauterb. comp. J. C. de legit. Tut. Ludw. D. Justin. 3. eb. 4. lit. D. Treuil. V. 2. D. 8. eb. 3. lit. A. §. pr. de Legit. Tutor. Cz. de J. F. dec. 2. pos. 1. n. 20. Hillig. ad Donell. L. 3. c. 3. lit. D.* Duo enim ad excludendam matris & avia tutelam *in d. Nov. c. 5.* conjunctim requiruntur (1.) Voluntas testatoris, (2) ut alium constituerit tutorem: horum ergo posterius cum deficiat, prius non removet à tutela, nam ubi duo copulativè requiruntur, non sufficit unum ex his adimpleri *l. 5. ff. de Condit. Instit.* hancque sententiam etiam contra affirmantes tuetur *Heig. p. 2. quest. 13. n. 24.*

XXXI. Ad secundum vero thorum si transeat mater, aut luxuriose s. intra, s. post annum luctus, vivat *M. A. Peregrin. de jur. Fisci L. 3. tit. 15. n. 6. ibique cit. Petr. Joan. Ancharan. L. 2. quest. 34. n. 3. fol. 23 a* tutelam perdit. *Joan. Althus. discipol. L. 1. c. 14. 2. n. 19.* nec debet etiam si

vel maxime velit, & Agnati & Cognati omnes consentiant, ad illam iterato admitti. *Ant. Faber. ad C. L. §. tit. 21. def. 2. n. 2.* leges enim non patiuntur, ut vidua maternæ pietatis oblita, liberos habeat in potestate tutelari, & si jam susceperit, removetur; *Zafius ad ff. de Legit. tutor. n. 11. Authent. Sacramentum C. qu. mul. tut. off.* licet enim hic non illicitus plane, odiosus tamen, & matrem de affectu erga liberos suspectam reddit. *Philipp. us. pract. L. I. Eccl. 82. n. 8.* novis quippe maritis, non bona solum, sed vitam quoque liberorum, addicere præsumitur. *l. 22. C. de Administ. Tutor. Petr. Peckius ad l. 27. de R. J. in 6to n. 6. pag. 150.* idcirco si semel iniiit secundas nuptias, & iterum vidua facta, non recipit tutelam. *Myns. C. 3. O. 83. Arnod. de Reyger. thes. jur. voce Tutor. n. 15. Vinn. in comm. maj. ad J. de Legit. Tut. §. 3. Snobel. D. ff. 15. §. 6. per. Nov. 22. c. 40. in f. Nov. 64. c. 2.* Jura enim semel perditâ, iterari non debent. *Ludw. D. Justin. 3. §. 4. l. 21. ff. de statu homin. præterea Camera Spirensis judicatum, omnem reassumendi juris viam, post obitum mariti secundi, præcluserit, & obstat illi trita juris regula, tutorem habenti tutor non datur §. 5. I. de curat. ibique Dd. l. 27. pr. de testam. Tutel. Cz. de J. F. dec. 2. post. n. 38.*

XXXII. Tenetur autem vidua, ad secunda si transferit vota, liberis petere tutorem; & quidem intra annum. (*ubi tamen Bartolus, teste Jason. de Mayno notab. apoph. cent. 1. sing. 60. novem addit dies*) atque gesta tutelæ reddere rationes, alias non tam ipsius, sed novi quoque mariti bona, liberis tacite sunt obligata *Nov. 22. c. 40. in pr. Berlich. p. 1. concl. 67. n. 82. l. 6. C. in quib. caus. pig. 1. ac. contrab. privaturque quoad prius, liberorum successione; Donell. L. 3. c. 8. lit. b. l. 10. C. de Legit. hered. §. 6. J. de SCro Tertull. l. 2. §. 28. ff. eod. Richer. ad authent. Sacramentum n. 16. nisi forte neglectæ petitionis causas sufficientes adferre possit. l. 2. §. 44. ad SCro Tertull. huc etiam pertinet si mater vidua non petitis tutoribus aufugiat, & relictis liberis inhoneste vivat, ut præjudicio quodam corroborat *Modestin. Pistor. illustr. quest. p. 2. quest. 57.* Num idem dicendum, si sponsalia tantum celebrata, nec nuptiæ subsequutæ, ambigua quæstionis; & si deposuerit, nec tamen nupsit, posse reassumere, veriùs putamus, cum *Treuil. V. 2. D. 8. l. b. 3. lit. C. Myns. dist. loc. Montan. de jur. tutel. c. 15. n. 77. Cz. de I. F. dec. 2. post. n. 42.**

XXXIII. Quæ §§. præcedentibus, de legitima matris & avie tutela dicta, non procedunt in Viduis Electorum, quæ abs illa excluduntur, proximus quod senior Agnatus illis tutor existat. per A. B. Carol IV. c. 7. tit. 5. vers. da sichts aber begeben & Sigismundi: quam commentario illustravit. *Marquard. Freber. in Repræsentat. Reip. German. p. 356.* & cum alias testamentaria excludat legitimam, l. II. ff. de Testam. tutel. attamen hæc nec testamento dato tutore, seniori proximo agnato Electoris, auferri posse, propugnant *Dn. Cothm. v. 1. conf. 43. Harpr. de legit. agnat. tut. §. 2. n. 14. Sinold. Schütz. jur. publ. V. 1. D. 7. sb. 16. lit. C. & D. Gædd. ad l. 120. ff. de V. S. Mev. ad J. L. lib. 1. tit. 7. art. 4. n. 21. Dan. Otto. in jur. publ. c. 17. Snobel. D. ff. 15. sb. 8.* aliique plures. Quamvis in contrariam ab hac eant sententiam. *Dionys. Goettfr. sex integris hæc de re conscriptis libris, qui tamen deinde agnovisse dicitur errorem commissum, referente Limnao tom. 4. J. Publ. in add. ad L. 1. c. II. n. 180. & Obs. 21. ad c. 7. A. B. §. 2 cui subscribunt Bachov. V. 2. D. 8. sb. 3. Freher integr. tract. in Repræs. Imp. Rom. p. 498, & alii, singula hic exponere momenta, propositi non admittit ratio,*

XXXIV. Cum alias vidua, post mortem mariti, vel statim e bonis discedere, vel etiam sufficientem de non distrahendis bonis præstare cautionem adstringatur, attamen cum se dicit gravidam, in favorem nascituri, manet in possessione, donec pariat, vel abortum faciat, vel etiam constet eam gravidam non esse l. 1. §. 27. ff. de Ventr. in Poss. mitt. & si in possessione non fuerit, ventris nomine in eam mittitur, *top. tit. ff. de Ventr. in poss. ibique Dd.* quæ quidem missio, cum sit ex primo decreto, non veram bonorum possessionem s. jus hæreditarium prætorium tribuit, sed detentionem & custodiam, ut Curator constituendus sit, qui illi ex bonis prospiciat. l. 1. §. 17. Gl. 4. dict. tit. nec eo nomine cautionem præstare tenetur. Leges enim cum hanc nullibi exigant Jcti quoque summi Cz. p. 3. conf. 17. def. 21. Mev. ad J. L. lib. 2. tit. 2. art. 30. n. 7. i iam exigere sibi religioni ducunt. Alimenta vero durante possessione ipsi debentur, licet dotem vel dotalitium habeat constitutum. l. 5. dict. tit. *Hahn ad Wesenb. hic.* propter eum qui potest non naci, cum major cura sit adhibenda, ne filius fame pereat, quam ut minor pars hereditatis ad petitorem perveniat, si apparuerit eum filium non esse *Jctum Ulpian. in l. 5. §. 3. ff. de Carbon. Edict.*

Sin-

Sin vero sciens se gravidam non esse, bonor. petat possess. fructus quos percepit, tenetur restituere. *arg. l. 3. ff. de. Ventr. in. Poss. Mitt. Hoc præterea hic notandum, quod, si partus ex utero materno prodeat, & qualia qualia tantum vitæ adsint indicia, ex corporis fortè motu, anheliu, calore & similibus sufficiat; ut clamorem edidisse, præcisè non requiratur, sed si vel in manibus obstetricis decesserit, ut nihilominus pro nato & capace hereditatis habeatur. per l. 3. C. de posthum. hered. in sili. Dn. Mey. d. l. in add. ad n. 7. Coler. p. 2. dec. 258. n. 9.*

XXXV. Pari humanitatis ac æquitatis ratione, pro speciali locorum consuetudine, *Mey. ad 7. L. lib. 3. tit. 8. art. 7. n. 31. viduis pastorum & ministrorum Ecclesiar, concessum est, ad earum sustentationem, dimidium vel totius anni salarium. Dasi halbe oder ganz ein Gnadens Jahr/ uti hic in Megapoli nostra, nec non Hamburgi, teste Viro Magnifico Dn. Joann. Slutero, Cancellario quondam Gustrovii fulgidissimo in differ. de verbi div. ministr. ordine vocat. Ec. c. 4. §. 33. pag. 225 nec non aliis locis; ita ut & inhabitatio & reliqui redditus tum ratione pecuniæ numeratæ, tum decimarum & aliorum fructuum, ad salarium pertinentium, uti sunt Zauff Weich und Copulier Geld/ relinquuntur. Vid. ante laudatum Dn. Sluter. §. 36. pag. 332. ubi & alia, egregia huc pertinentia, in medium profert. Incipit autem hoc, statim à morte mariti, & finito illo gratiæ anno, de aliis habitationibus ipsis prospici solet, donec in viduitate permanserint. Francisc. Stypman strati. posthum. de Salar. Cleric. c. 11. n. 245. Quibusdam etiam in locis, uti hic Rostochii, ex fisco Viduarum, certam ipsis assignatam pecuniam pendi, compertum habeo. Quomodo autem salarium inter viduam & liberos, ad modum hereditatis sit dividendum, Vid. Cz. Ipr. Confiss. L. 1. tit. 12. def. 212. & L. 2. Resp. 41. n. 24. Ubi porro notandum, ex eo res alienum haud esse exsolvendum, quod sc. non proveniat ex hereditate, sed ex speciali munificentia & Privilegio Stypman d. l. c. 11. n. 38. seq. Dn. Coibman. Resp. Acad. 46. n. 15. Vid. Nov. §. 3. c. 5. Raucbb. p. I. quest. 25. n. 21. seqq. Cz. d. l. def. 223. ita ut ne arresto quidem detineri queat, nec in ipsius partitionem substitutum admittege teneatur Cz. d. l. def. 219. & 224. hic in Megapoli ex consist. Eccles. fol. 278. novo electo pastori, de cibo & potu tantum prospicere necessum habet.*

XXXVI. Ad jus quoque singulare harum Viduarum spectat, quod nequeant novi pastores constitui, qui Antecessoris defuncti viduam (nisi decrepitam prorsus) aut filiam nubilem, (ni fortè juri suo cedat) non in matrimonium duxerit *Stypman. d. c. II. n. 27.* quæ quidem consuetudo amat laudari ab his, culpam ab illis; sunt enim qui persuasum sibi habent, neutiquam id iis invidendum esse, si ad certas restringatur conditiones, n.p. Si (1) vocatus ad id munus sit dignus, ut in Ecclesiæ assumatur minister (2) viduæ liber relinquat ad contrahendas nuptias consensus, (3) Successor in id consentiat. (4) Ecclesiæ liberum maneat suffragium. *Matb. Stephan. de jurisdictione L. 3. p. 1. c. 19. Cz. de j. F. dec. i. pos. 9.* quid circa hoc in Megapoli nostra obtineat, videri poterit in *ordinar. Ecclesiast. p. 5. fol. 278.* Ubi limitationes probe observandæ adjiciuntur; in contrariam partem quæ adferri possint, recenset *Tabor de oblig. success. in offic. c. 7. & disputat adversus Stephan. & Specban* sic satis prolixè, indeque absurda propullulantia depingit.

XXXVII. Visis igitur eâ qua fieri potuit brevitate, Viduæ juri- bus personalibus, jam accessum facimus ad realia. Inter hæc vero statim se offert, quid competat ratione dotis, ideoque & illud primum percurrendum. Datur a. dos marito, ut eo melius onera matrimonii sustinere possit *l. 76. in f. ff. de jur. Dot. C. J. A. cod. 5. 2.* hujusque nanciscitur dominium civile, manente penes uxorem dominio naturali. *l. 30. C. de Jur. Dot. Colleg. Jur. Argent. d. 1. §. 17.* Hinc dos mulieris proprium dicitur patrimonium, *l. 3. §. 5. ff. de Minor.* Poteritque illam repetere, non solum soluto matrimonio, ubi Vidua si mariti substantia ære alieno exhausta, vel non sufficiat omnibus Creditoribus, gaudet privilegio, ut inter creditores, qui præter jus reale, personale quoque privilegium habent, primum obtineat locum & omnibus vel anteriorem hypothecam habentibus, præferatur. *l. un. §. 1. C. de Rei. Ux. A. l. 12. pr. C. q. pot. in pign. Nov. 97. c. 2. Berlich. p. 1. concl. 65. n. 1.* quod quidem incipit à tempore benedictionis sacerdotalis, atque consummati matrimonii, uti Jenæ anno 1627. Resp. refert. *Beem. ad tit. qui pot. in pign. Obs. pract. 15.* sed etiam constante matrimonio si ad inopiam vergat maritus *l. 24. ff. solut. Marrim. Perez ad C. de jur. Dot. n. 3.* [quod quibus fiat modis tradit *Matb. Webner. obs. pract. voce arm werden*] *l. 29. pr. C. de J. D. ibid. Brunn. Cz. p. 2. const. 24. def. 11. Gail. L. 24.*

L. 2. O. 83. n. 2. quo casu æque donationem propter nuptias, quæ
dos mutuà dicitur, nomine & substantia nil differens adote l. ult
C. de Donat. ante nupt. Donell. L. 14. c. 9. in pr. & bona parapher
C. de Donat. ante nupt. Donell. L. 14. c. 9. in pr. & bona parapher
C. de Donat. ante nupt. Donell. L. 14. c. 9. in pr. & bona parapher
Richter. n. 4. & Brunm. n. 2. seq. Gail. d. l. n. 7. ubi tamen notissimi
juris, marito competere jus competentie, in quantum sc. facere po
test, imò ipsam quoque uxorem de bonis paraphernalibus teneri ali
menta præstare. arg. l. 1. & authent. Præterea C. Unde vir & ux
petr. Surdus de aliment. tit. 1. quæst. 35. n. 51

XXXIII. Num autem indistincte ratione dotis omnibus hy
pothecariis, etiam expressam anteriorem habentibus, præferatur
multum contentioni peperit in Jctorum Scholis, adeo ut Besold. de
pignor. sect. 7. n. 6. & C. J. A. §. 6. qui pot. in. pign. quæstionem hanc
imperiali decisione dignissimam censeant. Potior Dd. pars in negativã
abit sententiam, inter quos Duaren. ad l. 1. ff. Solut. Matrim. Suidw
ad §. 29. J. de Action. Covarr. var. resol. L. 1. c. 7. Wesenb. qui pot. in pign.
n. 30. Gail. L. 2. O. 25. n. 10. Cz. p. 1. dec. 57. n. 1. seq. Ant. Faber. in C. Lib. 4.
tit. 8. def. 29. n. 2. Richter. de privil. Credit. c. 3. sect. 1. a n. 7. ad 13
aliique plures. De jure tamen Civili affirmativa verior, & jurium fun
damentis magis consentanea nobis videtur, cum Berlich. p. 1. concl
65. n. 6. per elega. tex. l. 12. C. in quib. caus. pign. rac. contrahatur,
cui ad stipulatur Perez ad. C. qui potior. in pign. n. 21. ob generali
tem textus l. 12. C. d. r. ibique. Brunm. n. 19. Ludw. ad §. 29. J. de Ad.
Mev. p. 3. dec. 13. pr. l. 30. C. de J. Dot. Brunm. in π. Wesenb. de privil. Cre
dit. quæst. 6. Fachin. L. 3. controu. 99. authent. quo jure C. qui. pot. in pign.
ibique Richter. n. 9. & alii innumeri. Sed hanc usu esse abrogatam,
& contra Justiniani sanctionem in Saxon. & plerisque Germaniæ
locis esse receptam, ut vidua expressam anteriorem hypothecam ha
bentibus postponatur, docet Cz. p. 1. const. 28. def. 65. n. 1. & 12. & de
J. F. dec. 5. pos. 4. n. 16. Philip. us. pract. L. 4. Eccl. 53. n. 3. abs
que hac sententia in Camera suo tempore nunquam recessum, testa
tur. Gail. L. 2. O. 25. n. 10. Cum ita doti non sit favendum, ut
alteri injuriam faciamus. cap. ex tenore. de foro compet. Si vero
scienter marito nubat obarato, dotem repetere non poterit, Gail.
L. 2. O. 84. n. 7. Cz. p. 1. const. 28. def. 84. Brunm. ad l. 29. de Jur. Dot.

Beutber. de jur. pralat, p. 1. c. 35. in med. sibi enim imputet, quod obarato dotem intulerit, cum eo ipso ipsius censeatur probasse mores, l. 4. §. 3. ff. de Jur. Dot. pravisque ac cognita mariti inopia, eam repellat, quo minus constante matrimonio dotem repetat. Heig. p. 2. quasi. 7. n. 59. uti nec illa hoc jure gaudebit, quæ propter luxuriam, vel malam rei familiaris administrationem, maritum ad inopiam perduxit. Cz. de J. F. dec. 5. pos. 7. n. 3. Berlich. p. 1. concl. 65. n. 80. quod author calamitatis, frustra imploret auxilium legis, l. 145. ff. de R. J.

XXXIX. Non solum autem pro dote hoc competit privilegium, verum etiam pro augmento dotis *Nov. p. 2. Struv. S. J. H. exerc. 46. §. 49.* cum augmentum induat naturam ipsius dotis *l. 8. C. de jur. Dot. Berlich, p. 1. concl. 65. n. 28. Tab. 1. bes. loc. Com. L. 4. c. 51. c. 1.* Hic tamen, praelatio tantum accipit initium, quo dos aucta, non vero à prima ipsius constitutione. *l. 19. verbo. jura in hypothecis. C. d. Donat. ante Nupt.* Paraphernalia, & donationes propter nuptias, hic excluduntur, si amplius non extiterint, alias non quidem praelationis, sed domini jure præferuntur; *arg. l. 38. pr. ff. pro Socio. Cz. p. 1. const. 28. def. 86. n. 3.* nam quoad hæc, tacita ipsius concessa hypotheca, *Lauterb. comp. j. C. de Privil. Credit. per l. f. C. de pact. convent. §. 1. 12. §. 2. C. qui pot. in pign. ibiq. Brunno. Struv. diff. loc.* Idem sentiendum de expensis nuptialibus, quas Viduâ cum aliis bonis illatis repetere nequit, *Cz. de J. F. dec. 8. pos. 8. n. 12.* nisi forte maritus illas loco dotis acceptaverit, hoc enim ipso illationem fatetur, & sic ex conventionione sunt restituendæ; quemadmodum nec audienda vidua, si res mobiles, vel nomen quoddam, marito attulerit, post obitum ipsius pecuniam numeratam ab heredibus, repetat, quod aliud pro alio dari nequeat. *l. 2. §. 1. ff. Si certum petas.*

XL. Et hoc dotis privilegium, quamvis respectu mulieris, lex concesserit. *Perez. ad C. qui pot. in pign.* attamen ad ipsius quoque extenditur liberos, *Lauterb. diff. loc. per l. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. Londem: exerc. Inst. 9. th. 118. Fachin. L. 10. contror. 34. Cz. p. 3. const. 20. def. 41. n. 11. Cz. de J. F. dec. 5. pos. 5. n. 11. Berlich. p. 1. concl. 65. n. 80. Sneider. ad §. 19. J. de Act. Nov. 91. in pr.* Non etiam ad extraneos vidua heredes, *Perez. d. l. Struv. exerc. 46. §. 49.* Colla-

*verales sc. & Ascendentes. Echolt. de privil. Credit. §. 6. l. un. C. de
 privil. dot. ibique Brunm. Richer de privil. Credit. c. 3. sect. 1. n. 85
 nec liberos hoc privilegio privat. §. 3. J. de hered. qual. Sdiffer. Ub
 in oppositione suorum, liberi matri dicuntur extranei, & ita ab ho
 privilegio excludendi: verum quem fugere potest, non esse ean
 dem rationem liberorum ad matrem, quam prorsus extraneorum
 summa quippe conjunctio, tam naturalis quam civilis, facit ut liber
 matri non sint extranei, sed pro una cum matre habeantur perso
 na ad instar suorum l. 11. C. de impub. & alio subdit. sicque non tam
 hereditario quam sanguinis & connexitatis jure ex persona matris do
 rem repetant maternam. Cz. p. 1. const. 28. def. 96. n. 9. Simili modo
 nil facit quod Ant. Fab. L. 8. conject. 13. urgeat. solius mulieris pro
 videntia hoc privilegium esse inductum §. 19. J. de Action. cum
 liberi hoc gaudeant jure, non quia heredes, sed quia liberi, ob rationem
 jam adductam. Richiero tamen de privil. Credit. c. 3. sect. 1. n. 92
 asserenti, hoc prælationis jus, alteri à Vidua cedi posse, ad stipulari
 non possumus, negativam potius tuentes; quod cum non tran
 seat ad heredes, transmissibile non sit. l. 42. ff. de Adminstr. & perie.
 aut. Vid. Cz. d. l. def. 95. n. 3. Berlich. p. 1. concl. 65. n. 105.*

XLI. Quid vero dicendum, si liberi prioris matrimonii, cum
 vidua secundi matrimonii, in repetenda dote concurrant? & illos præ
 ferendos esse, expresse probatur per authent. Si quid ex rebus C. Quid
 prior. An p. gn. l. 12. §. 1. C. eod. Nov. 91. c. 1. Berlich d. l. n. 75. Brunm. cen
 2. dec. 32. n. 1. quod tamen limitatur, si liberi prioris matrimonii legiti
 mam de bonis paraphernalibus petierint. ubi postponuntur. Cz. p.
 const. 28. def. 97. n. 5. Berlich. d. l. n. 77. quoties enim privilegiatus, cum
 æque privilegiato concurrat, non gaudet suo privilegio l. 8. pr. de Ex
 cus. Tur. ibid. Gorbos. in not. lit. c. l. 11 §. 6. ff. de Minor. Cz. p. 2. const.
 §. de f. 2. n. 2. nisi alter agat de lucro captando, tunc enim is præferendus
 qui agit de damno vitando Menoch. L. 4. praf. 189. n. 124. merito
 ergo, hic cum utraq; pars, & æque privilegiata, & de damno vitando
 agat, illa quæ tempore prior, præferenda. l. 2. C. de privil. Fisci.

XLII. Quo autem vidua circa dotem illatis fruatur privil. egiis,
 probare debet, dotem vere esse illatam. Cz. p. 1. const. 28. def. 71. l.
 1. C. de dot. caus. non. num. Gail. L. 2. O. 81. n. 2. Sola enim marit

ti confessio, hic non sufficit. *C. J. A. qui pot. in pign. §. 6. Sneydw. ad §. 29. §. de. alt. n. 6. Mey. ad J. L. lib. 3. tit. 1. art. 9. n. 18. Lindemexere. justin. 9. §. 119. Mascard. de probat. concl. 695. n. 7. 58. etiamsi juramento fuerit confirmata Berlich. p. 1. concl. 65. n. 48. ob fraudis sc. luspicionem, quæ juramento non purgatur, tum quod confessio jurata, naturam donationis inter conjuges sapiat, quæ nec juramento roboratur. *Coler. de proces. execut. p. 3. c. 1. n. 116. Cz. de jure fam. dec. 5. pos. 6. n. 12. seq. & maritus in instrumento dotis, expresse exceptioni non numeratæ dotis renunciât, cum eodem amore maritali, quo inductus, ad dotis confessionem, possit persuaderi ad hujus exceptionis renunciatiorem: Sneydw. d. l. &: ita hoc casu dos non præsumitur numerata, in præjudicium creditorum. *Mench. L. 3. præf. 13. n. 7. nisi & reliqui Creditores per solum Chirographum numerationem probent. *Myns. L. 1. O. 61. n. 4. Richter ad authent. quod locum C. de dot. caut. arg. l. 70. ff. de Jur. Dot. Gail. L. 2. O. 81. n. 5. Confessatam tamen dotem legatam vidua potest petere, non ut realiter numeratam, sed animo legandi sibi relictam. arg. l. 18. ff. de aur. & arg. legat. quo vero tempore exceptioni non numeratæ dotis præscribatur, est videre ex l. f. C. de Dote caut. ibique Brunm. cujus correctio patet ex authent. quod locum, C. d. c. ibique Richter. & Brunm. nec non Nov. 100. c. 2. amissio dotalis instrumenti nihil officit, quo minus dos repeti possit. l. 15. C. de Jur. Dot. ibique Brunm.****

XLIII. Denique circa dotem non incommode cum *Harprechtio ad §. 4. §. de publ. judic. n. 100.* hæc moveri quæstio poterit? An Vidua luxuriose vivens, vel stupro se contaminans, dotem æque amittat, ac si vivo marito adulterium commisisset? in utramque partem plures adducit authores *Cz. Dec. illustr. Sax. p. 2. dec. 181. & in præf. Crim. p. 2. quæst. 6. n. 3.* ubi de J. Civ. tam ancipitem ob diversitatem statuentium, statuit, ut vel imperatoria indigeat decisione, & ejusdem quoque fere sententiæ. *Jacob Thoming. dec. 28. quæst. illustr.* ubi innuit *Octavian. Catheranum* quæstionem hanc perquam erudite & luculenter disputasse, adeo, ut utraque sententia juri ac veritati convenientior videatur, ancipitis sit iudicii? ita ut ipse quoque cum plurimis *DD.* in affirmativam inclinât. Negativa tamen nobis cum dicto *Harprechtio.* ob rationes ab ipso adductas, magis arridet. add. *Jonn Nepizan. Sylv. Nuptial. L. 2. verbo; seni non est nubendum.*

n 44.

n^o 44. P. Joan. Acharan. *Quest* L. 2. Q 43. n. 6. fol. 249. Eman. Soarez. *thes. recept. sent. fol.* 267. *Vid.* Berlich. p. 4. *concl.* 31. *per totum.*

XLIV. Est & hoc privilegium viduarum, ut tam diu possint in bonis mariti permanere, donec ipsis de dote aliisve illatis satisfactū. *Mev. p. 7. dec. 126. n. 4.* ad quod tamen requiritur (1) ut de dote illata constet, *arg. l. 19. C. de probat.* quomodo autem hæc probetur. *Vid. Coler. process. execut. p. 3. c. 1. n. 109. seq. (2)* ut dos sit liquida, *Cz. p. 2. conf. 25. def. 17. Brunm. C. 3. dec. 21. Berlich. p. 2. concl. 32. n. 15.* aut aliquo modo liquidari queat, *Brunm. C. 5, dec. 69. n. 5. Mev. ad J. L. lib. 1. arr. 13. tit. 5.* idque propria autoritate, absque aliqua iudicis licentia. *Smeidw. ad §. 29. J. de Ad. n. 31. Jafon ad §. item Serviana. n. 72. dist. tit.* Adeo ut nec incidant in pœnam *l. 13 ff. quod metus caus. § l. 7. C. unde vi.* uti non nulli censent, propter *l. 9. solut. marim. § arg. l. 176. de R. J. si rei dotalis possessionem ingrediatur;* in tantum, ut si ab heredibus ex possessione legitima dejecta, vel blandis sermonibus, quasi ipsi dotem statim soluturi, ad hoc ut discedat, inducta, ante omnia tanquam spoliata restitui debeat, *Cz. dist. loc. def. 8. n. 3 & de J. F. dec. 9 posit. 10. n. 6. it. L. 4 Resp. 19. n. 13, Berlich. d. l. n. 8.* neque hic attendendum quod *Molignat. tract. de retent. quæst. 10.* & *Berlich. d. l. n. 18.* vacuam requirant possessionem, cum defuncti bonorum vacua possessio dici non possit, ex eo, quod Vidua maneat in possessione quam vivente marito jure familiaritatis una cum ipso habuit *l. 41. ff. de Acquir. posses. ibique Brunm. n. 5.* hinc si absuerit morte mariti, & ejus bona ab heredibus occupata, ad recuperandam possessionem, (quæ non tam in factis quam jure consistit, *Mev. p. 3. dec. 370. n. 2.* & animo servari potest. *l. 3. §. 10. ff. de Acquir. l. Amit. poss.*) implorare poterit officium iudicis. *Cz. L. 4. Rf. 19. n. 6.* Publice enim interest mulieribus dotem conservari. *l. 1. ff. solut. marim.*

XLV. Interim tamen inventarium conficere debet, quo possit administrationis suæ rationem reddere. *Cz. L. 4. Rf. 21. n. 9. Coler. de proces. execut. p. 1. c. 2. n. 233.* ad hanc enim tenetur, etiamsi Liberi bona simul detinuerunt. *Mev. p. 4. dec. 87. n. 1.* monetque *Math. Brunm. de Cession. Bonor. quæst. 1. pag. 180. n. 6.* viduam mortuo marito bona mobilia indicare teneri, alibi si reperiantur, præsumi, surripu:

ripuisse, & contra eam agi posse. *per. l. 2. C. qv. & quib. quarta pars.* durante hac retentione, alimenta capit, ex bonis mariti. *Anton. Gomez in l. 50. Tauri, n. 48. Francisc. Vivian. L. 1. opin. 144. Eman. Soarez thes. recept. sent. fol. 267. n. 62. Coler. d. l. n. 230. Moller. L. 4. semestr. 13.* modo non nimis lautè vivat, magnosque erogat sumptus, hos enim qui modum excedunt, tenetur doti imputare. *Rauch b. p. 1. quest. 33. n. 34. Berlich. p. 2. concl. 32. n. 23. Cz. p. 2. const. 25. def. 22.* Fit autem retentio in tantam bonorum partem, quanta ad dotis æstimationem, & causam alimentorum sufficit. *Coler. p. 1. c. 2. n. 224.* & ita quidem, ut nec lucrum cessans nec damnum emergens illius temporis, ad viduam spectet. *Didac. Covarr. resol. L. 3. c. 1. n. 3. vs. 6.*

XLVI. Versantur quoque, privilegia viduarum circa dotalitium s. Doarium uti vocitat *Anna. Roberti. L. 1. rer. judic. c. 12. pag. 222.* *Vicilitium Scurffio, cent. 1. conf. 24. n. 5.* vulgo gegenvermachung & Leibgeding / Leibsucht / Widthum / Leibzins. quod jure Civili quidem incognitum, moribus tamen & consuetudine introductum *Berlich. p. 2. concl. 40. n. 70. Stryk. exam. J. F. c. 21. quest. 8.* & idem hodie fere est, quod olim erat donatio propter nuptias. *Vid. Dn. Cothman. V. 1. conf. 50. Math. Wendt tract. de jur. fam. in feud. c. 4. §. 3.* datur enim mulieri, in compensationem dotis illatz. *Sneidw. ad §. 3. J. de Donat. n. 3.* & habet in hoc, uti maritus in dote, Vidua quoad dies vitæ usum fructum *Cz. p. 1. const. 28. def. 93. n. 3. Berlich. d. l. n. 3. Rauchb. p. 1. quest. 30. n. 1.* quare & cautionem usufructuariam præstare tenetur. *Koppen. dec. 33. n. 12.* non autem uti censet *Wesemb. p. 2. const. 91. n. 16.* dominium aliquod civile, constituiturque ipsi in bonis feudalibus, & si hæc hæc non adsint, etiam in allodialibus. *Coler. p. 1. dec. 60. n. 9. & 16. Heust. de jur. Connub. c. 9. post. pr. in verb. in bonis autem feudalibus.*

XLVII. Notandum autem quod si dotalitii constitutio excedat quantitatem, quæ solet addotis duplâ extendi, quod ex singulis centenis vidua annuatim decem lucrari possit. *Cz. de J. F. dec. s. post. 8. n. 17. Math. Wendt. d. l. §. 3.* consensus insuper domini feudi & agnatorum requiratur. *Harr. Pistor. quest. 4. n. 7. Coler. p. 1. dec. 60.* Respectu hujus dotalitii, vidua eodem quoin dote gaudet jure. *Struv. S. J. U. exerc. 46. sb. 49. Richser. de con curs. Credit. c. 2. 65.* & relinquitur ipsi electio, utrum dotem velit repetere, an accipere dotalitium. *Cz. p. 3. const. 20. def. 11. n. 5. Scheplia ad Const.*

ad Conf. March. p. 3. tit. 2. quest. 3. n. 2 ita tñ. ut semel facta electione, peni-
tentia locy haud sit: *arg. l. 20. de opt. Legan. l. 9. §. 1. de Tribus. ad. Cz. p. 2. conf. 44. def. 5. & de J. F. dec. 5. pos. 10. n. 9.* nisi forte minor; graviter insuper l. per
errorem, dolum, aliamve causam, læsionem sit passa: tunc enim restitutio-
nem petere poterit, aut variare. *Cz. dd. ll. n. 6.* Ad hoc vero doarium ob-
tinendum, competit viduæ, tum conditio ex moribus. *Struv. S. J. F. c. 14. apbor. 14.* tum actio in nominata do ut des. *Rottsch. tract. vom Ectib-
geding art. 1 n. 2.* Hoc Vicilitium, an perdat vidua, si intra annum luctus
vivat luxuriose, in utramque partem latissime disputat. *Ann. Robertus
rer. judic. L. 1 c. 13.* tandemque in fine subjicit sententiam, qua median-
te, Vidua, à petitione Doarii rejecta, heredesve ab illius præstatione
absoluti Aureliis anno. 1571, secus tamen sentire videtur jus Saxon. per
ea quæ tradit. *Cz. quest. illustr. p. 2. dec. 181. ubi n. 8. & 21. præjud. assert.*

§. XLVIII. Privilegia viduarum concernunt insuper Morgengabam,
quæ jure quidem Civili incognita, à Longobardis tamen vetustisq; Ale-
mannis 2. *Feud. 2. 9. ibiq; Cujac.* introducta, perque jus Saxonicum revocata;
uti late deducit *Cz. de J. F. dec. 7. pos. 1.* Duplicis hæc est generis, sumitur
enim, vel pro certis quibusdam bonis, quæ post mortem mariti viduæ no-
bili debentur, & consistunt in omnibus pecudibus fæmellis. In allemfelda
gângigen Weiblich Wiche *Cz. p. 3. conf. 33. def. 20.* Vel pro ea donatione, quam
facit vir mane, post concubitum novæ nuptæ, in præmium defloratæ &
interfectæ (uti loquitur *Apulej L. 5. metamorph.*) virginitatis; hæcque stri-
cte appellatur Morgengaba *Berlich. p. 2. concl. 15. n. 32. Sneider ad §. 3. J. de be-
red. qua ab Inest. n. 41. Mart. Coler. de Aliment. L. 1. c. n. 79.* Hinc inferri
possit, quod non dari debeat, jam defloratis aut viduis; verum alii aliter hic
sentiunt, & consuetudo maxime attendenda. Viduæ tamen Morgengabam
petenti, quoniã de solo lucro captando agit, præferuntur omnes Credito-
res, etiã nudi Chirographarii; iniquissimum enim esset, eam creditoribus,
ex causa onerosa, atque ita de damno vitando agentibus, præferri. *l. ult. §. 5.
C. de jur. delib. Cz. p. 1. conf. 28. def. 94. n. 5. l. 29. §. 2. C. qui pot. in pign.*
quamvis & hic de cognatis, quæ sunt arrha sponsalitia, *Wahlsthas/ Hand-
stet/ Sponsalitia largitas, Dona nuptialia Die Brautaffelgelde/* quæ pro
dimidia parte cedunt viduæ, munera natalitia, & Xenia, modica in primis si
fuerint, jocalia item, & quicquid constante matrimonio ipsi donaverit; in-
quibus omnibus mulier, tacitã habet hypothecam. *per l. f. C. de pact. Con-
vent. l. 29. C. de jur. Dor.* non tamen cum privilegio prælationis. *l. 12. C.
qui pot. in pign.* De gerada item, commestibilibus *Muschel* & aliis qui-
busd. speciebus, agi posset, sed cum ista sint juris Saxonici, & præter opini-
onem excreverit dissertatio, hic ultro præterimus.

E


XLIX, De-


XLIX. Deniq; p̄aucis adjiciendum, qvæ viduis ratione fori competant, & hic notissimi juris, qvod vidua sortiatur forū mariti. *l. 65. ff. de jud. l. 19. de Edition. l. 22. §. 1. l. 32. l. f. §. 3. ff. ad municip. Hahn ad Wesenb. de judic. n. 16. Frantzk. ad eundem. n. 12. Richter p. 1. dec. 9. n. 4.* qvodq; in tantū id obtineat, ut locum etiam habeat in foro, marito, ex specialicompetenti privilegio. *Brunm. ad l. 6. de Fabricens. Et ad l. f. C. de incol.* ampliaturq; ut ne qvidem in domicilio originis amplius conveniri possit. *l. un. C. Mulier. quo doc. mun. sex. congr. ibiq; Brunm. Struv. exerc. 3. tb. 18.* ut inibi Actori respondere cogatur, sed ab instantia illius judicii absolvatur. *Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 67.* nisi forte unum aliquod, si plura ipsi competierint marito, ubi forte dotalitiū habet constitutum, *Struv. exerc. 9. tb. 28.* ultro eligat. *arg. l. 13. C. de Dignit. Et l. 22. §. 1. ff. ad municip. Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 93.* qvod tamen ad desponsatam neutiquam extendendum, uti qvæ tantisper suum retinet domiciliū: *per l. 32. ff. ad municip. Zanger. p. 2. c. 1. n. 59. seq.* qvod tamen referri volunt ad sponsalia de futuro, neutiquam autem de presenti, propter *l. 65. ff. de judic. Gail. L. 2. O. 80. n. 10.* aliq̄vando etiam maritus ex matrimonio nanciscitur domiciliū uxoris & forum, quod Germani efferunt, *Wann der Mann zum Weibz einfreyet. Cz. L. 2. Resp. 21. n. 19.* si sc. animo perpetuo inibi subsistendi factum, alias proprium retinet. *Frantzk. ad tit. ff. de judic. Hillig. ad Donell. L. 17. c. 12. lit. L.* An autem post litem contestatam, etiam privilegiato gaudeat foro? alii ob *l. 30. ff. de judic.* negare videntur, cum in d. l. dicatur, judicium ibi esse finiendum, ubi captum: verum contrarium recte statuit *Schroter. in resol. ad l. un. C. qv. Imp. int. pupill. Et vid.*

L. Quod vero dictum viduas non attenda prima instantia, adversarium ad tribunal principis posse vocare, si modernum Reip. statum curatij pensitaverimus, advertemus, vix aliq̄vè posse habere usum; qvod Status, sublimi. gaudeant territorij jure, ita ut interdum ne appellatione qvidem sit locus, qvare & ipsi viduarum causas dijudicandas suscipiunt, nec intermedio præterito judice, viduis in Camera Spirensi processus decernitur, nisi in casu protractæ & denegatæ justitiæ. *Gail. L. 1. O. 1. n. 40. Marb. Stephan. de Idist. L. 1. c. 31. n. 21. seq. Vuleej. in l. un. qv. Imp. int. n. 20.* Poterit tamen quilibet Imperij Status, censente *Hillig. ad Don. L. 17. c. 20. lit. D.* saluberrimam Imperatoris Constantini Sanctionem, in suis terris in usum revocare. *Qvævis a. longe plura de hâc uberrima materia in medium liceret proferre; attamen cum vel sic præter opinionem excreverit, in Nomine illius, cujus hoc captum, terminalia sunt, estoq; sic,*

F I N I S.

56 (0) 56





no 44. P. Joan. Acharan. Quest L. 2. Q
Soarez. thes. recept. sent. fol. 267. Vid.
per totum.

XLIV. Est & hoc privilegium vidu
in bonis mariti permanere, donec ipsis de de
Mev. p. 7. dec. 126. n. 4. ad quod tamen reqv
constet, arg. l. 19. C. de probat. quomodo a
Coler. process. execut. p. 3. c. 1. n. 109. seq. (2.)
2. const. 25. def. 17. Brunm. C. 3. dec. 21. B
aut aliquo modo liquidari queat, Brunm.
J. L. lib. 1. art. 13. tit. 5. idque propria a
judicis licentia. Sneider, ad S. 29. J. de
Serviana. n. 72. dist. tit. Adeo ut nec inci
meus caus. § l. 7. C. unde vi. uti non null
tur. marrim. § arg. l. 176. de R. 7. si rei do
diatur; in tantum, ut si ab heredibus ex
jecta, vel blandis sermonibus, quasi ipsi dote
ut discedat, inducta; ante omnia tanquam ip
dist. loc. def. 8. n. 3. & de J. F. dec. 9. posit. 10. n. 6. i
d. l. n. 8. neque hic attendendum quod Molign
10. & Berlub. d. l. n. 18. vacuam requirant p
eti bonorum vacua possessio dici non po
maneat in possessione quam vivente marit
cum ipso habuit l. 41. ff. de Acquir. posses.
si abfuerit morte mariti; & ejus bona ab
recuperandam possessionem, (quæ non tam
sistit, Mev. p. 3. dec. 370. n. 2. & animo ser
Acquir. l. Amic. poss.) implorare poterit offic
19. n. 6. Publice enim interest mulierib
ff. solut. marrim.

XLV. Interim tamen inventariu
possit administrationis suæ rationem redde
Coler. de proces. execut. p. 1. c. 2. n. 233. ad hanc
beribona simul detinuerunt. Mev. p. 4. dec.
Brunm. de Cession. Bonor. quest. 1. pag 180. n. 6
bona mobilia indicare teneri, alibi & re

o. Eman.
concl. 31.

diu possint
satisfactu.
dote illata
etur. Vid.
vida, Cz. p.
cl. 32. n. 15.
5. Mev. ad
sqve aliqua
ad §. item
l. 13. ff. quod
ter l. 9. so-
em ingre-
gitima de-
uri, ad hoc
debeat, Cz.
13. Berlich.
rent. quæ
um defun-
d Vidua
tatis una
n. 5. hinc
cupata, ad
jure con-
§. 10. ff. de
L. 4. Rf
servari l. r
ebet, quo
/ 21. n. 9.
tiam si Li-
que Math.
10 marito
umi, fur-
ripu.

